TRACTATUS
DE
Vera Christi Deitate,
ADVERSUS
ARII & SOCINI Hæreses.

AUTHORE
DANIELE WHITBY, SS.T.D. Ecclesiæ Cathedralis *Sarum* Præcentore.

Imprimatur,

Apr. 25. 1691.

JONATH. EDWARDS,
VICE-CAN. *Oxon.*

OXONIÆ,
Typis *L. Lichfield,* Sumptibus *Joh. Howel.* Et *Awnsham Churchil,* Bibliop. *London.* MDCXCI.

M.T.C. 36.

TRACTATUS
DE
Vera Christi Deitate,
ADVERSUS
ARII & SOCINI Hæreses.

AUTHORE
DANIELE WHITBY, SS.T.D. Ecclesiæ Cathedralis *Sarum* Præcentore.

Imprimatur,

Apr. 25. 1691.

JONATH. EDWARDS,
VICE-CAN. *Oxon.*

OXONIÆ,
Typis *L. Lichfield,* Sumptibus *Joh. Howel.* Et *Awnsham Churchil,* Bibliop. *London.* M DC XC I.

Viro admodum Reverendo

D.D. RAD. BATHURST,

Eccleſiæ WELLENSIS *Decano Meritiſſimo,*
Collegii SS. & Individuæ Trinitatis *Oxon,*
PRÆSIDI DIGNISSIMO,
Summo Literarum Antiſtiti:

NEC NON
SOCIIS Omnigena Eruditione Clariſſimis
Ejuſdem Collegii Ornamentis,

TRACTATUM HUNC
DE VERA CHRISTI DEITATE
Adverſus Arii *&* Socini Hæreſes *Compoſitum,*

In grati Animi, ſummæque Obſervantiæ Teſtimonium

DAT, DEDICAT, CONSECRAT,
DANIEL WHITBY, SS. Th. Dr.
Eccleſ. Cathedralis *Sarum* Præcentor, & ejuſdem Collegii
olim Socius.

AD
LECTOREM
PRÆFATIO.

CUM Dogmatum *Photinianorum Antiquorum* Peſtilentia Medica manu feliciter olim Sanata, inquietorum quorundam Audacia, Graſſari paſſim, contagionem ſuam mortiferam undique ſpargere, &, ex ingenti animarum clade, invaleſcere, his noſtris temporibus inceperit, excuſatum facile habebit vere Chriſtianus animus, & de Catholicæ religionis arce tuenda, & fundamento ſarto tecto ſervando ſollicitus; Si, Matrem Eccleſiam ſtricto Mucrone petitam cum viderit vel impeditæ linguæ filius, Zelo percitus, & στργῆ vere naturali agitatus, ſilentii frena, laxaverit, linguæque adhuc tacentis repagula perruperit,

Latinioris itaque dictionis, & Styli purioris inopiam, verba quandoque obſoleta, & *Theologiæ Scholaſticæ* barbariem redolentia, condonabit *Amicus Lector*, præſertim cum noverit l. 4. Ep. 67. ſecundum *Iſidorum Peluſiotam*, ipſos *Apoſtolos* loquutos eſſe λόγῳ πῷ ταπεινῷ καὶ πέζῳ *humili*, & *pedeſtri ſtylo*, Apud *Philoſophos*, ipſam virtutem veſte ſimplici & aſcititii cultus experte, indutam eſſe, & veritatem nudam, non involucris opertam, nec pigmentis coloratam, magis placere.

Hac autem incomptioris Styli ſive confeſſione ingenua, ſive Apologia præmiſſa, de inſtituti operis ratione pauca Lectoris cum venia præfabor. Sciat igitur velim

Me in hoc libro adornando, eo conſilio verſatum eſſe, ut ratio-

ratiociniis noſtris, pro vera Chriſti Deitate, ex ipſis S. Scripturæ principiis ductis, robur, & ornamentum ex primævorum Patrum conſtanti ſuffragio, accederet.

Contendit equidem *Socinus totius orbis conſenſum, nihil poſſe adverſum id, quod divinis oraculis aperte eſt conſignatum, eoque minus, adverſus divina teſtimonia etiamſi non adeo aperta eſſent, orbis vel univerſi conſenſum, quamvis perpetuus eſſet, valere, cum id in quo conſenſus iſte conſiſtit, ipſi etiam rationi, ac ſenſui communi evidenter repugnat, ut certe id repugnat, inquo Patres iſtos perpetuo adverſus ſententiam noſtram*, i. e. Socinianam *conſenſiſſe Adverſarii aiunt*. In quibus verbis evidenter ſupponit, *perpetuum totius Chriſtiani orbis* in ſummo fidei Articulo *conſenſum*, non tantum *Divinis Oraculis*, ſed etiam *rationi, & ſenſui communi evidenter repugnare* poſſe, quod quidem perinde eſt ac ſi dixiſſet, univerſum hunc orbem a jactis *Chriſtianæ* fidei fundamentis, non tantum *rationi*, ſed *communi ſenſui* renuntiaſſe, ſed etiam *Divinis Oraculis*, in fidei capite palmario, aperte ſemet oppoſuiſſe, quod quanquam portento ſimile, quibuſvis rem animo accurate volventibus, haud dubio videbitur, eſt tamen obvium deſperatam *Socinianorum* cauſam, audaciam, ſeu impudentiam, hoc plane flagitare, habemus ſiquidem *Socinum* ingenue fatentem, *Patres omnes ab ipſis diſſentire quatenus Chriſtum, ſeu Dei filium, ante orbem conditum ex ipſius Patris ſubſtantia exiſtiſſe volunt, & Patribus illis ſub veteri Teſtamento ſæpius apparuiſſe, immo illum unum Deum ipſius Patrem, & ipſum Mundum, & alia omnia deinceps, per eum feciſſe, & quæcunque eos ſcire voluit, per ipſum patefeciſſe. Hæc*, inquit, *Auctoritatum, & teſtimoniorum ex Patribus & Conciliis congeries, nullas vires habet, præſertim vero adverſus nos, qui ab iſtis Patribus, & Conciliis, quæ extant, nos diſſentire non diffitemur.* His ergo univerſis, ipſo *Socino* fatente, habemus, adverſus eorum ſententiam, *omnium Patrum conſenſum*, atque adeo conſenſum errori minime obnoxium. *Variaſſe enim debuerat error doctrinæ Eccleſiarum, quod autem apud omnes unum eſt, non eſt erratum, ſed traditum*

To. 2 Reſp. ad 2. Cap. Wicki. Cliff. 7. c. 9. p. 617.

Ib. p. 618.

Ibid.

Tertul. de Præſcript. 6. 29.

Quan-

Quantulacunque enim totius *Chriſtiani* orbis Authoritas *Socino* eſſe videatur, in fidei tamen regula tradenda, in cultus objecto aſſignando, firmam eam eſſe, fidemque extorquere, ubi perpetua, nec unquam interrupta fuerit, mecum judicabit quiſquis hæc ſerio perpendet.

Primo, Quæ nos in veritatis ſubſidium hic adduximus, ea plerumque omnia ab ipſis *Eccleſiæ Chriſtianæ* incunabulis obtinuiſſe, ab iis plerumque qui cum *Apoſtolis* ipſi verſati ſunt, vel *Apoſtolici* dici meruerunt, ea ad noſtra tempora derivata eſſe; ab *Ignatio* nimirum, & *Polycarpo* ipſorum *Apoſtolorum* Auditoribus, a *Juſtino*, & *Irenæo Polycarpi* συγχρόνοις, ut alios mittam, eodem in ſæculo florentes.

Secundo, Quod hæc ab iis una, ut aiunt, voce prolata fuerint, ne uno quidem cum *Socini* doctrina, vel interpretamentis ſine hæreſeos nota, conſentiente. Eſt enim ex *Irenæo* ſatis notum, *acceptam hanc prædicationem & fidem* (in qua Chriſtus ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς *Dominus noſter, & Deus* celebratur) *Eccleſiam per totum terrarum orbem ſparſam, ſummo ſtudio, & cura, perinde atque unam domum incolens, conſervaſſe, ac velut animam unam, atque unum, idemque cor habens, his æque fidem accomodaſſe, & mira conſenſu, & quaſi uno ore prædita, hæc prædicaſſe, docuiſſe, ac tradidiſſe, quanquam enim dialecti per mundum diſſimiles ſunt, una tamen, atque eadem eſt traditionis vis, ac neque hæ, quæ in Germaniis ſitæ ſunt, Eccleſiæ, aliter tradunt, nec quæ in Hiſpaniis, aut Galliis, aut in Oriente, aut in Ægypto, aut in Africa, aut in Mediterraneis orbis regionibus ſedem habent, verum, ut Sol hic a Deo conditus in univerſo mundo unus atque idem eſt, ita etiam veritatis prædicatio paſſim lucet, omneſque homines qui ad veritatis agnitionem venire cupiunt, illuſtrat* &c. *Jeſus Chriſtus*, ſecundum *Synodum Antiochenum*, *ab omnibus in*

ταύτην τὴν πίστιν ἡ ἐκκλησία καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη ἐπιμελῶς φυλάσσει ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα, καὶ ὁμοίως πιστεύει τάυτης ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει καὶ διδάσκει καὶ παραδίδωσιν ὡς ἓν στόμα κεκτημένη καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιαι ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ αὐτή. &c. *Iren.* l. 1. c. 3.

ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πανταχοῦ πιστεύουσι θεὸς. Concil. To. 1. p. 848.

in Eccleſia, quæ ſub cœlo eſt, creditus eſt Deus quidem, qui ſeipſum exinanivit, cum eſſet æqualis Deo. Hæc eſt, inquiunt, *fides* ἣν ἐξ ἀρχῆς παρελάβομεν *quam a principio accepimus, & habemus traditam, & ſervatam in Catholica, & Sancta Eccleſia uſque in hodiernum Diem a Beatis Apoſtolis.* Ibid. p. 844

Tertullianus Regulam fidei *a Chriſto inſtitutam, de Apoſtolorum Traditione* derivatam, ab Eccleſiis *Apoſtolicis una traditione* poſteris communicatam, *nullaſque* inter *Chriſtianos quæſtiones habentem, niſi quas Hæreſes inferunt, & quæ Hæreticos faciunt,* his verbis exhibet. *Regula eſt autem fidei illa ſcilicet, qua creditur unum omnino Deum eſſe, nec alium præter Mundi Conditorem, qui univerſa de nihilo produxerit per verbum ſuum, primo omnium demiſſum, id verbum filium ejus appellatum, in nomine Dei varie viſum a Patriarchis, in Prophetis ſemper auditum, poſtremo delatum ex Spiritu Patris Dei & virtute, in Virginem Mariam, carnem factum in utero ejus, & ex ea natum, egiſſe Jeſum Chriſtum.* De præſcript. 13. 20.

Origenes Dogmata ſcitu & creditu *neceſſaria,* a non neceſſariis diſtinguens, eorumque *certam lineam, & manifeſtam Regulam ponens,* nempe *Eccleſiaſticam prædicationem, per ſucceſſionis ordinem ab Apoſtolis traditam, & uſque ad præſens in Eccleſiis permanentem,* hæc habet. *Species vero eorum, quæ per prædicationem Apoſtolicam manifeſte traduntur, iſtæ ſunt, primo quod unus Deus eſt qui omnia creavit, atque compoſuit, quique ex nullis fecit univerſa, ---tum deinde quod Jeſus Chriſtus ipſe qui venit, ante omnem creaturam natus ex Patre eſt, qui cum in omni conditione, Patri miniſtraſſet, per ipſum enim omnia facta ſunt, noviſſimis temporibus ſeipſum exinaniens, homo factus eſt, incarnatus eſt, cum Deus eſſet, & homo manſit quod Deus erat.* περὶ ἀρχῶν Proem.

καθὼς παρελάβομεν ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων καὶ ἐν τῇ καταχήσει, καὶ ὅτι τὸ λεῖπον ἐλαμβάνομεν, καὶ καθὼς ἀπὸ τῶν διῶν γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ ἐδιδάσκομεν. Apud Socr. H. Eccl. l. 1. c. 8. p. 24.

Euſebius Cæſarienſis fidem quam ab *Anteceſſoribus ſuis Epiſcopis tunc acceperat, cum primis fidei rudimentis inſtructus, & ſalutari luvacro tinctus fuit, quam ex divinis Scripturis didicerat, & quam tum in Presbyterio, tum in Epiſcopali*

copali gradu conſtitutus, docuerat in hunc modum exponit. *Credimus in unum Deum Patrem Omnipotentem, viſibilium omnium & inviſibilium Creatorem, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Dei verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam ex vita, filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia ſæcula ex Deo Patre genitum, per quem omnia facta ſunt,*

εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ θεοῦ Πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα. Ibid.

In quibus omnibus id probe notandum eſt, quod verba faciebant hi Religionis Chriſtianæ *Antiſtites* de rebus obviis & uſitatis, de iis puta, *quæ continebantur in Regula fidei, puſillis & magnis communi, de ſcripta in cordibus ſuis ſalute, de fide quæ una eademque, ſervabatur per univerſum Chriſtianum orbem, de Regula indeclinabili, quam in Baptiſmo receperunt Chriſtiani, & per quam Eccleſia illuminabat omnem hominem ad agnitionem veritatis venientem,* quam uno ore *prædicabat Eccleſia,* de fide denique quam *in Presbyterio, & in Epiſcopali gradu* conſtituti docuerunt, & *Catechumeni* omnes diſcebant, atque adeo de fide, quæ neque per Sacerdotum incuriam, aut negligentiam, nec per eorum conjuncta conſilia, conſpiratione veluti facta, mutari potuit. Iren. l. 3. cap. 4.

ἡ ἐκκλησία πᾶσης μίαν καὶ αὐτὴν πίστιν ἐχούσης εἰς πάντα ἢ κόσμον. *Iren.* l. 1. c. 4. τὸν κατόπιν τῆς ἀληθείας ἀκλινῆ ἐν ἑαυτῷ κατέχων δι' οὗ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἔλαβε. Ibid. l. 1. c. 1. p. 40. Vide Tract. Noſtrum de Trad. c. 7. §. 4, 5, 6. &c.

Quis enim negligentiæ locus eſſe poſſit, præſertim inter primævæ Eccleſiæ *Antiſtites*, ſummo Chriſtianæ fidei propagandæ zelo, & traditionis Apoſtolicæ conſervandæ ſtudio flagrantes, in baptiſmi communi formula tradenda, in doctrina una eademque, per omnes Eccleſias obtinente, aſſerenda, in fundamento fidei tradendo, *unoque apud omnes edicto Dei* aſſignando? Tertul. de Reſur. carnis c. 18.

Quæve Eccleſiarum omnium per tot maria disjunctarum, per omnes totius orbis regiones diſperſarum, in re tam pernicioſa, atque ad fidem, quam amplectabantur, & quam *Martyrio*

tyrio ſignabant, evertendam manifeſto tendente, conſpiratio, ſuſpicionis hic locum obtinere valeat? Incredibile ſane eſt, tot viros Sanctos, & probatos, tot *Martyres*, & *Confeſſores*, tot integras *Eccleſias* in eo conſpirare voluiſſe, ut receptam Eccleſiæ fidem de primario *Chriſtianiſmi* Articulo convellerent, nec minus credibile eſt, orbe *Chriſtiano* connivente, & neque palam refragrante, nec tacite, quod ſcimus, ſtomachante, id unquam contingere potuiſſe.

Tertio, In certis, & indubitatis *veterum* ſcriptis, multi ocurrunt tractatus, eo conſilio editi, ut fidei *Chriſtianæ* rationem, circa hunc ipſum Articulum, redderent, eum adverſus *Judæorum*, & *Gentium* ſcrupulos defenderent, ut de fide per univerſas *Chriſtiani* orbis Eccleſias obtinente, & per traditionem ab *Apoſtolis* accepta, certiores nos facerent, eaque tanquam Regula certiſſima uterentur *Chriſtiani*, ad novas *Hæreſes* refellendas, fidemque *Catholicam* ab innovationibus *Hæreticorum* illibatam conſervandam. Sunt alia eorundem *Antiſtitum*, non pauca ex profeſſo ſcripta, contra *Hæreticos* Chriſti Deitatem negantes, Duos Deos, duoque principia conſtituentes, Patriſque & filii ὁμοούσιον confundentes, ex quibus luce clarius eluceſcat, dogmata *Sociniana*, per integrum ſæculorum horum curriculum, ab *Eccleſia Chriſtiana* exploſa penitus fuiſſe, immo *Hæreſeos* nota infamata, *Catholica* autem tanquam fidei Regulam ubique obtinuiſſe.

Socinum legimus contra *Chriſti in terris regnum* ſic diſputantem, *Ea ſententia ſi vera eſſet, aut certe ſi publicanda foret, Chriſtus, & Apoſtoli eam aperte docuiſſent, hoc autem eos non feciſſe id ſatis oſtendit, quod alioqui nullo modo fieri potuiſſet, ut totus orbis Chriſtianus, per compluria ſæcula, eam pro falſa, & ridicula habuiſſet, ſiquidem orbis Chriſtiani univerſi error aliquis, poteſt fortaſſe etiam per longum tempus, eſſe in re aliqua credenda, & affirmanda, quæ Chriſti, & Apoſtolorum dictis minus ſit conſentanea, ſed in ea penitus rejicienda, & neganda, quam aperte vel Chriſtus, vel Apoſtoli docuerint, nullo prorſus pacto, nec ejuſmodi erroris exemplum, ſed ne leviſſimam quidem umbram quiſ-*

Epiſt. ad Syr. Chmicln. To. 1. p. 444.

quiſquam inveniet unquam, deflendam hominis in rebus Eccleſiaſticis, quam hac inſtantia prodit, ignorantiam, hic miſſam facio, ejuſdem commenta a fide *Chriſtiana* aliena eſſe, hinc certo comprobo. Cum enim ex ſupra dictis conſtiterit clariſſime, *Chriſtianum* orbem *Socini* placita negaſſe, rejeciſſe, & tanquam *Hæreticorum* deliria, penitus exploſiſſe, compertum etiam eſt, ipſo *Socino* Judice, ea nec vera, nec ab *Apoſtolis publicata*, nec in *divinis oraculis* aperte conſignata eſſe poſſe.

Quarto, His omnibus Robur accedit, non tantum ex *Judæorum*, & *Gentium*, a fide Chriſtiana, propter hunc ipſum Articulum, alieno animo, ſed etiam ex *Tryphonis*, *Plinii*, *Luciani*, *Celſique* teſtimoniis traditionem Eccleſiaſticam ea in parte firmantibus, quæ enim ratio aſſignari poteſt, cur Hi Chriſtianæ fidei hoſtes jurati, qui ſub *Hadriano* fere omnes floruerunt, doctrinam hanc iis adſcriberent, ſi ea tunc temporis in Eccleſia nondum obtinuiſſet? Immo cum hanc ipſiſſimam doctrinam tanquam rem abſurdiſſimam, juſtamque Chriſtianæ fidei exſibilandæ rationem, continuo ſugillaverint, eamque pro ridiculo habuerint, cur hunc iis ſcrupulum nunquam eximerent, hoc fidei opprobrium nunquam tollere conarentur Religionis Noſtræ Antiſtites? Sed eam animoſius defenderent, & tanquam præcipuum Chriſtianæ fidei characterem agnoſcerent? Certum equidem & exploratum eſſe debet, doctrinam, quam oblatis hiſce veritatem aperiendi cauſis, nec negabant unquam, neque diſſimulabant, nec diſtinctionum ſtrophis aliquibus eludebant, ſed potius pro ea, tanquam pro Aris & focis, contendebant, vere *Chriſtianam* habitam fuiſſe, & *Apoſtolicæ traditioni* acceptam referendam.

Denique qui poſt hæc omnia, de traditione *Apoſtolica* hujus doctrinæ, dubii adhuc, & incerti manent, eos neceſſe eſt exiſtimare Eccleſiam *Chriſtianam*, rationem fidei ſuæ tunc reddere minime potuiſſe, in fidei Regula tradenda, & fundamento aſſignando, cum ſummo periculo ceſpitaſſe, de cul-

tus ab ipsis adhibiti objecto, & ratione, nihil certi habuisse, quam ab *Apostolis* fidem, quam cultus rationem acceperint, non cognovisse, quo semel concesso labefactatam esse eorundem fidem in Scriptis *Canonicis* assignandis, in Die *Dominico* observando, aliisque id genus haud paucis, vel cæcus videat.

INDEX

INDEX

EORUM QUÆ

In CAPITE I. Continentur.

ARgumentum Primum pro Christi Deitate ex eo quod invocabatur, & invocari debeat ab omnibus Christianis, ubi quatuor ad invocationem requisita proponuntur. viz. *Primo, Fiducia impetrandi id quod petitur Secundo, Cordis & animi motuum cognitio. Tertio, Certum judicium de precibus oblatis utrum approbandæ sint, necne. Quarto, Ea potentia, eaque nobiscum præsentia, quæ necessaria est, ut is, quem invocamus, desideriis nostris satisfaciat, quæ omnia Christo competere Sociniani nobiscum agnoscunt* §. 1. *Confirmatur Argumenti propositio ex vera cultus ratione, ex naturæ creaturæ, & ex mandato de uno Deo adorando* §. 2. *Secundo, Ex eo quod cordis Scrutinium sit Soli Deo proprium* §. 3. *Tertio, Ex Constanti Ecclesiæ universalis judicio, quod Deus solus religiose adorandus invocanduſque fuerit, solusque corda omnium hominum noverit* §. 4. *Christum religiose invocandum esse probatur. Primo, Quia dives est in omnes qui eum invocant* §. 5. *Secundo, Quod is fuerit sub Novo fœdere Christianorum Character, quod nomen Domini invocarint* §. 6. *Tertio, Quod D. Paulus in Epistolarum suarum exordiis, gratiam, misericordiam, & pacem à Deo Patre, & Christo Domino nostro, conjunctim expetat* §. 7. *Quarto, Ab exemplis hujus invocationis, à viris sanctis in N. Testamento exhibitis v. g. Stephani & D. Pauli* §. 8. *Quinto, Ex perpetua Christianorum ab ipsis Ecclesiæ primordiis praxi* §. 9. *Argumenta quibus Sociniani probant Christum esse invocandum, ejus divinitatem stabiliunt* §. 10. *Argumentum secundum Palmarium. Primo, Ex mundi per Christum creatione ductum, quo contra Arianos probatur creationem creaturæ competere non posse* §. 11. *Contra Socinianos pariter. Primo, Ex 1 Joh. 1, 2, 3. in principio erat verbum &c.* §. 12. *Socinianorum Commentum de Christo in Cælos corpore sublato, ut de munere suo prophetico edoceretur, digressione quadam refu-*

refutatur §. 13. *Secundo, Ex Col.* 1. 16. *in ipſo, & per ipſum condita ſunt univerſa viſibilia & inviſibilia &c.* §. 14. *Tertio, Ex Heb.* 1, 2, 3. 10. *per quem fecit & ſæcula, & tu Domine in Principio terram fundaſti* §. 15. *Argumentum confirmatur. Secundo, Ex eo quod omnia per Chriſtum conſiſtunt* §. 16. *Et quod per ipſum Prophetæ locuti ſunt* §. 17. *Tertio, Ex eo quod Chriſtus omne imperium in cœlo & terris exercet* §. 18. *Quarto, Quod ſeipſum ex mortuis ſuſcitavit* §. 19, *Quinto, Quod omnes homines judicabit* §. 20. *Sexto, Ex mundi diſſolutione per Chriſtum facienda* §. 21. *Argumentum Tertium principale ex iis Scripturæ paragraphis, in quibus Chriſtus verbis conceptis Deus appellatur,* viz. 1 *Joh.* 1. §. 22. *Joh.* 20. 28. §. 23. *Rom.* 9. 5. §. 24. *Ex tota plenitudine divinitatis in Chriſto habitante* §. 25. *Quod Chriſtus ſit α & ω. primus & noviſſimus* §. 26. *Quia Chriſtus eſt omnipotens* §. 27. *Eſt etiam omnipræſens* §. 28. *Omnia Sciens* §. 29. *Argumenta decem contra Hypotheſin Sociniana in Perſona Judæi propoſita* §. 30. *Noſtram hypotheſin cum Judæorum placitis conſpirare* §. 31.

SECTIONIS II. Syllabus.

Confirmatur Chriſti Divinitas Teſtimoniis S. Barnabæ, & Ignatii, §. 1. *Polycarpi, Juſtini M. Athenagoræ, Theophili, Tatiani, Irenæi, Clementis Alexandrini,* §. 2. *Tertulliani, Minucii, Hippolyti, Caii, Cypriani, Novatiani, Synodi Antiochenæ, & Victorini* §. 3. *Ex hymnorum uſu, qui ab ipſis Chriſtiani cultus incunabulis, apud ipſos obtinuit* §. 4. *Ex Ethnicorum, & Judæorum contra Chriſtianam fidem, eo quod Chriſti Deitatem aſſerebant, præjudiciis, Patrumque ad eam firmandam, atque ab eorum prejudiciis liberandam, induſtria* §. 5. *Ex eo quod Ebionem, Theodotum Coriarium, Artemam, Paulum Samoſatenum, alioſque abjectius de Chriſto ſentientes, Novatores,* Ἀρτεμωνίτας, *Hæreticos, Apoſtatas, Orthodoxæ Eccleſiæ Patres uno ore pronuntiant* §. 6.

SECTIONIS III. Syllabus.

Qui unitariorum nomen ſibi vendicant, Dei unitatem violant. Primo, Dicendo Chriſtum natura eſſe nihil aliud quam hominem, & tamen eſſe Deum verum, Chriſtianorum Deum, Deum cœli & terræ, Deum in Sæcula benedictum §. 1. *Secundo, Deitatis indicia κοινὰ & attributa*

tributa propria creaturæ tribuendo §. 2. Tertio, Cultum Divinum, & Dei O. M. cultui æqualem, Creaturæ exhibendo §. 3. Præcepto Decalogi primo adversantur Sociniani, cultum Divinum Angelorum sub V. Testamento, Creaturarum sub novo, stabiliendo §. 4. Idololatriæ rationem, & definitionem antea receptam mutando, & cum Pontificiorum placitis conspirando §. 5. Convenire belle eorum Theologiam cum Gentilium de Diis medioximis sententia ostenditur §. 6. Præceptum primum juxta eorum sententiam non esse morale, & perpetuum, nec in Natura Dei fundatum §. 7. Socinianorum hæc nova commenta Christianæ fidei Analogiæ à primævis scriptoribus ad nos derivatæ in multis adversari. Nam primo juxta Patrum sententiam Christiana Religio eo potissimum consilio inducta est, ut plurium Deorum cultum aboleret, nostrumque obsequium uni in solidum numini restringeret §. 8. Quod probant primo ex verbis Christi, Dominum Deum tuum adorabis & illi Soli servies §. 9. Secundo ex primo Decalogi præcepto §. 10. Idololatriæ rationem sub N. fœdere mutatam non esse, probatur ex Scripturis §. 11. Ex Idololatriæ definitione à Patribus tradita §. 12. Tertio quia Patres, Arianos, Macedonianos, Nestorianos, Idololatriæ reos ob cultum Creaturarum, peragunt, §. 13. Atque id probant ex Christi ad Satanam Responso, Math. 4. 10. Ex Petro & Angelo cultum respuentibus; Tertio, Quod hoc esset creaturæ servire potius quam Creatori. Quarto, Natura non Diis servire §. 14. Denique Patres mandatum primum esse morale & perpetuum pronuntiant §. 15.

Index eorum quæ in IV. Sect. Continentur.

Sectio Quarta instantias exhibet Scripturarum, quas Sociniani Glossematis novis & antea inauditis à mente Spiritus Sancti ad sensum alienum violenter pertrahunt, v. g. ingrediens in mundum dicit, hostias & oblationes noluisti, corpus autem aptasti mihi Heb. 1. 5. §. 1. Secundo, Uerbum caro factum est 1 Joh. 14. §. 2. Tertio, Antequam Abraham fieret ego sum, Joh. 8. 58. §. 3. Quarto, Hæc dixit Esaias, quando vidit Gloriam ejus, & locutus est de eo Joh. 12. 41. §. 4. Quinto, Et nunc Pater clarifica me tu, apud teipsum claritate, quam apud te habui priusquam mundus esset, Joh. 17. 5. §. 5. Sexto, Deus manifestatus est in Carne 1 Tim. 3. 16. §. 6. Sectio ultima respondet objectioni Socinianorum ex his Mathæi verbis desumptæ, de die illa, & hora nemo scit, nisi Solus Pater, Math. 24. 2. 6.

Antequam hunc Librum legat, orandus eſt Lector ut majoris Momenti Errata ſic Corrigat reliquis veniam concedat, procul à Prælo abſente Autore.

Pag. 7. *lin.* 8. *&* 12. *leg.* Αμολαπέον. *p.* 11. *l.* del. eſt. *p.* 13. *l.* 34. ei. *p.* 14. *l.* 26. deſtinandæ. *p.* 19. *l.* 36. invocavit. *p.* 23. *l.* 13. innuere. *p.* 25. *l.* 27. habendus ſit. *p.* 32. *l.* 17. quadraginta. *p.* 36. obtineat. *p.* 39. *l.* 35. Patres. *p.* 43. *l.* 23. ſuſcitavit. *p.* 57. *l.* 24. Regius. *p.* 61. *l.* 3. ſimus. *p.* 62. *l.* 32. aſſecuti. *p* 64. *l.* 22. hominumque. *p.* 66. *l.* 21. profero. *p.* 77. *l.* 22. Deo. *p.* 82. *l.* 40. vocavimus. *p.* 90. *l.* 17. enim. *p.* 93. *l.* 39. Deum. *p.* 101. *l.* 14. percipiunt.

DE VERA

CHRISTI DEITATE,

Adverſus

ARII & SOCINI Hæreſes.

SECT. I.

IN Chartis, ſive Libellis nuper editis, quæ ad manus noſtras pervenerunt, *Socini* vel *Arii* hæreſin (ſic enim poſt Eccleſiæ Chriſtianæ, per omnia ſæcula, judicium, loqui fas eſt,) infeliciter renovatam, & obnixe propagatam, ſolicitudine haud modica conſpexi. Speraſſem etenim pernicioſa illa dogmata alto ſilentio involuta feliciter jacuiſſe, nunquam ab orco denuo revocanda, ut novam Eccleſiæ, heu nimis alias vexatæ, moleſtiam exhiberent, cum vero per intempeſtivam aliorum operam, nobis non liceat eſſe tam beatis, reliquum eſt ut id ſedulo agere conemur, quod os eorum obſtruat, nempe ut labia eorum veritatis vi, & pondere compreſſa, ſilere diſcant.

Eſtque id nobis imprimis gratulandum, in hiſce chartis confidentiæ & ignorantiæ plus ſatis conſpicuum eſſe, Argumentorum vero eſt mira parſimonia, Rationis acumen exiguum, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ deflenda inſcitia, Antiquitatis primævæ ignorantia craſſa, aut ſaltem in ea contemnenda, & quaſi exſibilanda, pernicioſa protervia, quæ quidem ne à me vel temere profuſa, vel præter rationem dicta videantur, tria hæc conabor, ea qua par eſt evidentia, nec minori compendio, præſtare.

1. Veram Chriſti Deitatem certis, clariſque Argumentis ex Sacræ Scripturæ repoſitorio deſumptis, atque perpetuo *patrum Ante-Nicænorum* ſuffragio ſtabilitis, confirmabo.

2. Oſtendam *Unitariorum* nomen quod ſibi vendicarunt *Socini* Aſſeclæ, ab eorum Sententia quam maxime abhorrere. Præcepti primi violationem, quam nobis immerito impingunt, ipſis tam certo competere, ut niſi præjudiciis ſuis nuntium remittant, eam evitare non valeant.

3. Exemplis perſpicuis monſtrabo Sententiam *Socinianam*, (quæ tam audacter objicit S. Scripturis vim à nobis fieri, coactaque interpretatione eas depravari, atque obtorto collo ad ſenſum noſtrum detorqueri,) eo præcipuè vitio laborare, nobiſque, eo potiſſimum nomine infenſam reddi. Et

Primo ad Chriſti Deitatem confirmandam accedimus, eum eſſe perſonam vera Deitate, ſive eſſentia vere Divina præditam bono cum Deo probaturi; Ne autem Sectio hæc ob nimiam Argumentorum Copiam ultra modum excreſcat, dabo operam ut pauca ex multis ſeligam, eaque præcipue quibus ex noſtro penu aliquid Roboris adjicere nos poſſe confidimus: totum igitur quod in hoc opere dicturus ſum ad tria capita revocabo. Nempe Argumenta pro Chriſti vera Deitate

1. Ex Cultu Divino Chriſto exhibito, & exhibendo.

2. Ex Operibus Soli Deo propriis nec aliter quam per eſſentiæ, divinæ cum ea unionem, & ἐνοίκησιν, Creaturæ tribuendis.

3. Ex locis Scripturæ, in quibus verbis diſertis agnoſcitur Chriſtum eſſe Deum, Deum verum, & ſuper omnia benedictum. Sit ergo Argumentum primum hujuſmodi

§. I. Is quem invocarunt, & invocare debent omnes Chriſtiani, eſt Deus verus. Chriſtum invocarunt, & invocare debent omnes Chriſtiani. Chriſtus igitur eſt Deus. Majorem probo, eo quod Deum ſolum invocandum & Religioſa prece venerandum eſſe, ex ſcripturis, ratione, & *Antiquorum* ſuffragiis exploratum eſt, conſtabit hoc.

1. Ex iis quæ oratio poſtulat, atque in eo, quem invocamus, neceſſario ſupponit. Sunt autem ea

1. Fiducia impetrandi illud quod petitur, quemcunque enim invocamus confidimus, eum tum poſſe, tum velle ea nobis largiri bona quæ flagitamus, atque ab iis nos malis liberare, à quibus nos erui, & ſervari impenſe petimus: hæc enim duo maxima ſunt noſtræ in precibus παῤῥησίας ſive fiduciæ Incitamenta, quod is quem invocamus ſit benignus, & ad auxilium valde promptus, quodque ad opem nobis ferendam idoneis viribus inſtructus fuerit. *Quomodo* Ro. 10. 14. *enim invocabunt eum in quem*, hoc modo, *non crediderint?*

2. Supponit hic precandi mos eum quem pura mente invocamus

προσφοράν esse, atque internos supplicantium motus eundem percipere, cum nullum à prece non audita, aut non percepta, fructum sperare possimus.

3. Supponit eum probare, & gratam habere petitionem nostram, vel saltem ea de re utrum approbanda sit, necne, certum judicium ferre posse, cum ergo illa invocatio tantum Deo accepta esse queat, quæ ex contrito, atque humili corde procedit, veraque erga Deum fide cum charitate erga proximum conjuncta, hæc omnia certe ab eo dignoscenda sunt, ad quem preces dirigimus, ut dubio, hypocritico, atque insincero corde precantis votum, ratum non faciat.

4. Supponit ubique a Christianis invocandum, omni in loco præsentem esse, vel saltem eum, utcunque absens fuerit, desideriis nostris abunde satisfacere posse; pro omnibus invocandum, omnia præstare posse; quæ quidem omnia tantum abest ut Christo detrahant *Socinianorum* doctissimi, ut vel eo nomine Christum invocandum esse nobiscum contendant quod satis Christianis *constat tum de tanta ejus sapientia ut præces nostras intelligere, tum de potentia ut ea quæ petimus præstare queat, tum de bonitate ut etiam velit, siquidem corda & renes scrutatur, & omnia non tantum facta, sed & cogitata nostra videt, omnique præterea in cœlo ac terra potestate præditus sit.* Speciatim Volkel. de vera R. l. 5. c. 29. p. 615.

Agnoscunt creatorem *suam cum eo potestatem, & qui potestati debetur, honorem communicasse. Eum imperio, ac suprema in omnia potestate Deo similem, immo æqualem esse effectum. Patrem communicasse Christo suam potentiam, & suam sapientiam divinam; eum Christum divina potestate, robore, sapientia sibi similem fecisse, inque manibus ejus totum salutis nostræ negotium posuisse, Christumque idcirco similiter honorandum ac adorandum esse. Quam late enim se divina potestas à Deo creaturæ concessa extendit, tam late etiam cultus adorationis porrigitur.* Crell. in Rom 1. 25 Catech. Racov. c. 1. sect. 4 p. 47. Stegman. in Joh. 10. 32. Wo'zog. in Mat. 4. 10. p. 191.

Agnoscunt Christo cordis notitiam, atque omnimodam scientiam competere, ad hæc enim Divi *Pauli* verba [*manifestabit consilia cordium*] hæc habet *Schlichtingius*: *Ostendit hic locus Christum omnia nobis conscire, proinde divinam plane scientiam ei inesse, quam etiam nisi haberet quo pacto judicium illud perfectum & universale de omnibus posset agere?* atque hinc colligunt Christum plane Divino, & æquali cum Deo patre, honore, & obsequio colendum esse. Sic enim *Crellius* ad hæc D. *Pauli* verba [qui est Deus super omnia benedictus in secula] *ostendit quantus Deus sit Christus, per benedictionem autem intelligit laudem, honorem, gloriam, eamque divinam Christo exhibendam, quemadmodum legimus* Apoc. 5. 13. *ubi non solum sedenti* 1 Cor. 4. 5. Rom. 9. 5.

ſuper thronum, id eſt ſummo illi Deo, ſed una cum eo Agno tribuuntur divini honores; Ad ea autem D. Johannis [ut omnes honorent filium ſicut honorant patrem] hæc notat *Wolzogenius, affertur hic cauſa finalis ob quam pater filio omne judicium dederit, ut nimirum homines hanc ejus divinam dignitatem, & poteſtatem per quam DEO æqualis eſt, agnoſcentes, ei obedientiam, cultum ac honorem talem deferant, qui ipſi tanquam Divino, ac cœleſti Regi, competit. Nam honorem qui Chriſto debetur, honorem, ac cultum divinum eſſe exinde patet, quod debeat eſſe talis qualis patri defertur, cui ſane omnium confeſſione, divinus cultus debetur, in eo autem conſiſtit ſummus honor, & cultus quem patri exhibemus quod non tantum ſimpliciter genua coram eo noſtra flectamus, & humili corporis geſtu reverentiam noſtram erga eum teſtemur, ſed precipue quod eum pro ſummo Domino, & monarcha omnium rerum agnoſcamus, in cujus manu, & poteſtate ſita ſit ſalus noſtra, & extremum exitium; quodque adeo eum ſimpliciter implorando bonorum largitionem, & malorum averſionem ab eo obtinere ſtudeamus. Qui hæc eadem etiam in chriſto agnoſcit & eum ſic colit, is honorat eum, ac colit ſicut patrem,* hæc, & hujuſmodi ſexcenta cum apud Authores iſtos crebro occurrant, admirari ſatis non poſſum, cur alias tam operoſe contendant Chriſtum eſſe hominem, cur *Deum de Deo* rem tam abſurdam, & monſtroſam eſſe exiſtiment, cum divinam potentiam, ſapientiam creaturæ communicari tam facile concedant, cur Divinam eſſentiam eidem communicari impoſſibile ducunt; ſed quicquid illi hac in re delirent, his jactis fundamentis creaturæ hunc cultum tribui jure non poſſe probamus.

§. II. 1. Ex vera cultus ratione, eſt enim *cultus honor alicui ſive perſonæ, ſive rei præſtitus ob dignitatem quandam, ſive ὑπεροχὴν quam ei ineſſe concipimus.* Tres autem actus complectitur: Primo conceptum intellectus de præcellentia rei cui nos cultum præſtandum ducimus. Secundo voluntatis actum ita nos inclinantem, & componentem, ut de virtute, ac dignitate hujus objecti teſtari, & animi noſtri conceptus ſignis idoniis prodere parati ſimus. Tertio exteriorem actum quo, imperante voluntate, internum hunc animi noſtri conceptum, declaramus, ad gloriam, atque æſtimationem ejus, quem cultu proſequimur, promovendam, ex duobus prioribus actibus cultus interior exurgit, ex tertio hoc cultus exterior, qui ergo honorem, & cultum divinum creaturæ tribuendum, talem eſſe dicit *qualis patri defertur*, is creaturæ excellentiam Deo patri debitam intellectu tribuere, is voluntate, actuque exteriori hujuſmodi conceptum declarare paratus eſſe debet, hoc eſt is debet intellectu

lectu, voluntate, ſigniſque externis creaturam in Deum evehere, quod omnium conſenſu Idololatricum pronuntiatur; Eſt enim certum actus ſignificantes honorem deo proprium, ſignificare etiam excellentiam Deo propriam, & conſequenter eo honoris actu quo cunque creaturam colere, eſt excellentiam Deo propriam creaturæ colendo tribuere, excellentia autem Deo propria ei adſcripta, creaturam in Deum evehit, nec forte hoc latuit *Schlictingium* dicentem *ſi Deus homini hanc largiatur Divinitatem, ut religioſo afficiatur cultu, is homo ratione divini & Religioſi cultus non diverſus, & alius ab ipſo Deo, ſed unus idemque cum Deo reputandus eſt.* In Rom. 1. v. 25. Quæro igitur an vere, vel falſo ſit talis reputandus, ſi vere, tum homo vere poteſt eſſe Deus, & conſequenter Chriſtus vere poteſt eſſe Deus, contra *Socinianorum* hypotheſin, ſin falſo talis reputandus ſit, mendacium, & error debet eſſe fundamentum totius cultus Chriſto exhibiti, nec poteſt cultus verus internus à falſo diſtingui, cum falſus ideo tantum hoc nomen obtineat ob falſum conceptum eum exhibentis vel de ratione objecti, vel actus eidem exhibiti.

2. Cultus, & obſequium, quæ ſoli Deo Iſraelis, Deo vero vel unico tribuenda ſunt, non poſſunt creaturæ jure tribui, ſed cultus Religioſus, & obſequium vere divinum ſoli Deo Iſraelis tribuenda ſunt, hæc enim Deus Iſraelis tanquam ſibi propria vendicat dicendo, *Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ſervies*: atque hoc telo Chriſtus ipſe, impudens Satanæ de adoratione Religioſa poſtulatum retundit, nempe fieri id minime potuiſſe, niſi id ipſi tribuendo, quod ſoli Deo debebatur. Deut. 6. 13.

Vaniſſimum eſt, quod hic reſpondet *Socinus*, & poſt eum *Volkelius*, *mandatum de ſolo Deo adorando ad veteris teſtamenti tempora ſpectare*, id enim primo cum eorum ſententiis conſiſtere non poteſt, contendunt enim fere omnes alibi, & hoc ipſo in loco eorum aliqui, Angelum proprie dictum fuiſſe illum, qui *Patriarchis*, & *Moſi* apparuit, & legem promulgavit, & nomen Dei, & *Jehovæ* ſibi tribuit, & adorari ſe paſſus eſt, quo poſito, ſequitur neceſſario, ne veteris quidem Teſtamenti temporibus ſolum illum unum Deum, qui eſſentia divina præditus eſt, adorandum fuiſſe; ſecundo, adhuc obtinuiſſe præceptum hoc ſub N. Teſtamento vim ſuam, ſatis oſtendit *Petrus*, qui ſe à Cornelio adorari non paſſus eſt, quia homo eſſet, & non Deus; oſtendit Angelus, vehementer hunc cultum à Johanne oblatum rejiciens, & Deum ipſi adorandum proponens, utpote cui ſoli is, quem Johannes incaute obtuliſſet cultus, deberetur. Nec mirum, ſi qua enim ſunt ſub V. Teſtamento præcepta moralia, perpetua, ad tempora Evangelii pertinentia, in eo numero eſſe debeat De vera Relig. l. 5. c. 29. Act. 10. 20. Apoc. 19. 10.

debeat præceptum de cultu divino, adeoque Deo debito, ei ſoli tribuendo, quæ enim ratio concipi poteſt, cur hoc præceptum minus *Chriſtianos* obligaret quam Judæos, minorve de cultu primo Deo in ſolidum tribuendo, ratio habenda eſſet ſub *Evangelio*, quam ſub *lege*? certe cum *Chriſtus* noſter excluſivam particulam huic precepto addiderit, major illius ratio apud *Chriſtianos* haberi debet quam apud *Judæos*. Tertio quid eſt in hoc præcepto *typicum*? quid a *Meſſia* implendum in eo excogitari poterit? quid ergo in eo per Chriſtum ſolvendum eſſet, qui non venit *legem ſolvere ſed implere*, nec *unicum iota legis præterire voluit donec omnia implerentur*, à quo denique præcepta *Decalogi*, inter quæ primum, hoc, locum obtinet, non erant ſoluta, ſed in æternum ſtabilita. Nec minus ineptum eſt quod dicunt *nos Chriſtum adorando, ipſum patrem, a quo tanta poteſtate, & Gloria donatus eſt, adorare*. Num enim propterea vel ſolus deus adoratur, vel ei ſoli cultus adhibetur, uti præceptum hoc poſtulat? nonne adoratur homo diverſus natura à patre? nonne cum Galatis nondum credentibus, ſervimus τοῖς μὴ φύσει θεῷ *ei qui natura non eſt Deus*? porro cum dicunt *Chriſto deberi honorem & adorationem eam qua pater adoratur, nec aliud eſſe inter adorationem Chriſti & Dei diſcrimen, quam quod Dei adoratio non in alium ullum tendat, ſed in eo tanquam ultimo fine ſuo quieſcat, Chriſti autem honor & adoratio ſpectet ad Gloriam Dei patris*. Nonne conſtat, ſecundum eorum ſententiam, Deum *Gloriam ſuam alteri dediſſe*, quod tamen ſe nunquam facturum ſolenniter teſtatur, quod enim *alterum* eſſe Chriſtum negat *Socinus*, quoniam ex Deo dependet, eique ſubordinatus eſt, perfatuum videtur; quid enim? an Gloria divina *Angelis* à *pontificiis* data, alteri non datur quoniam *Dei miniſtri* fuerint, & nuntii? ſi Chriſtus honorem ſuum *Apoſtolis* Evangelium prædicantibus, conceſſiſſet, nonne honorem hunc aliis dediſſet? hæc certe primo intuitu adeo abſurda ſunt, ut refutatione operoſa non indigeant.

Math. 5. 18.

Gal. 4. 8. Wolzog. in Math. 4. 10.

Eſ. 42. 8. 48. 11.

Tandem igitur reſpondent, cultum, juxta eorum placita, Chriſto præſtandum, licet divinus fuerit, idemque cum eo quem patri exhibent, precepto hoc minime prohiberi, quoniam *Deus*, ſecundum ipſos, *adorandus eſt tanquam prima, ac ſuprema cauſa omnium rerum, primuſque ſalutis noſtræ Auctor, Chriſtus autem adorandus eſt tanquam cauſa media, per quam Deus conſtituit ſalutem noſtram ad finem perducere*. Verum nec ipſe *Diabolus* adorari voluit, tanquam ſuprema omnium rerum cauſa, agnoſcit enim poteſtatem, quam ſuper mundi regna vendicabat, ſibi à *Deo traditam* fuiſſe, & tamen ad ejus tentationem repellendam non reſpondet Chriſtus cum *Socinianis*

Ibid.

Luc. 4. 6.

nianis, Satanam nullam à Deo accepiſſe poteſtatem, eumque impudentiſſime mentitum eſſe, ſed ei conſultius viſum eſt mandatum hoc opponere, *Dominum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Porro Angeli ſub vetere teſtamento miniſtrabant ſaluti *Judæorum*, ordinata enim erat lex per Angelos, ii etiam omnes ſunt *adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hereditatem capient ſalutis*; An ergo ij cultu divino honorandi ſint, modo id fiat in Gloriam Dei, quo quidem prætextu eorum ἀγγελολατρείαν nobis obtrudunt *Pontificii.* Erant Apoſtoli in ſalutis noſtræ negotio θεοῦ συνεργοί. *Dei cooperatores, cum Chriſto* συνεργοῦντες; ſive *Adminiſtri, odor vitæ in vitam*, immo iiſdem tanquam cauſis mediis ſalus hominum adſcribitur, An ergo Ἀγγελολατρεία *Pontificiorum* debet obtinere, quod eam ad Dei, Chriſtique Gloriam, tanquam ad ſcopum ultimum referant? haud dubie honor quem *Petro Cornelius* deferebat, ei ab ipſo deferebatur, quoniam Deus eum mediam ſalutis *Cornelii* cauſam conſtituerat, hunc tamen ſibi deferri *Petrus* non patitur, quia homo erat, non Deus, nec unquam antea auditum, miniſtro, aut perſonæ ſubordinatæ in aliquo negotio eundem honorem tribuendum eſſe qui Domino debetur, præſertim ubi abſentis Domini perſonam minime repreſentat, quod hic locum habere non poteſt.

Wolzog. ibid. Gal. 3. 19. Heb. 1. 14. 1 Cor. 3. 9. 2 Cor. 6. 1. 2. 1, 15.

Argumentum ſecundum ex ratione creaturæ fluit ad hunc modum, qui non eſt poteſtate, & ſcientia divina præditus, non eſt divino cultu adorandus, hoc enim tanquam fundamentum cultus Chriſto debiti ponunt *Sociniani*, quod is ſit divina poteſtate, robore, ſapientia ornatus. Sed creatura non eſt divina poteſtate, & ſcientia prædita; hoc enim fieri non poteſt, niſi etiam divina eſſentia ei competat, (hoc eſt eſſentia per quam Deus ipſe Deus eſt, quæque adeo creaturæ competere non poteſt, niſi & ipſa Deus fuerit,) ut enim intellectu Angelico præditus eſſe non poteſt qui non eſt Angelus, nec humana ratione, & voluntate, qui non eſt homo, ita poteſtate Divina, & ſapientia divina præditus eſſe nequit, qui non eſt Deus, cum enim virtutes divinæ ſint Deo propriæ, atque ab eſſentia divina non ſint realiter diſtinctæ, neque ab ea ſeparabiles, cum Deo potentia, aut ſapientia divina non magis abeſſe *poſſit*, quam eſſentia divina, virtutum divinarum communicatio, abſque communicatione divinæ eſſentiæ, plane *implicat*; quod quidem ex eo liquet, quod *Apoſtolus* Deum idcirco *Gentibus* cognitum fuiſſe docet, quod *ſempiterna ejus poteſtas iis ex operibus ſuis innotuit*, nec aliter deum eſſe ſcimus, niſi ab effectibus divinæ poteſtatis, & ſapientiæ in mundi ſtructura conſpicuis, quæ ſi creaturæ communi-

Ro. 1. 20.

cari

cari potuerint, quo tandem indicio conſtabit mundum à Deo creatum eſſe, aut Dei providentia adhuc regi, & conſervari? Hæc ergo Chriſto tribuere, eique interim divinam eſſentiam detrahere, quid aliud eſt quam, ut *Græcorum* proverbio utar, ἀμίσυτα μισύειν.

§. III. Argumentum tertium nobis ſuppeditant ea ſcripturæ loca, quæ attributa hæc, quæ Chriſto *Sociniani* adſcribunt, Deo propria eſſe aſſerunt, verbi gratia *Solomonis* illud *omnem orationem quæ facta fuerit à quovis homine plagam cordis ſui cognoſcente, audi de tuo cœleſti habitaculo, & tribue unicuique ſecundum vias ſuas ſicut videris cor ejus, tu enim ſolus noſti corda omnium hominum*: Reſpondent *Sociniani* ſolum Deum omnium hominum corda ſcire à *ſemetipſo*, Chriſtum vero, ſcientia à Deo per revelationem accepta, ea cognoſcere: Replico autem, nihil hoc aliud eſſe quam virtutem infinitam finitæ menti, hoc eſt poteſtatem infinitam ſubjecto finito tribuere, intellectui humano vim à deo inſitam aſſerere non tantum omnium hominum corda ſcrutandi, ſed omnium coram tribunali Chriſto ſiſtendorum, cogitationes omnes cognoſcendi, & occulta tenebrarum omni in loco, omni tempore, ab omnibus præſtita percipiendi, quod etiam ejus officium poſtulare videtur, qui *tunc illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium*, quod quidem à puro homine fieri poſſe captu dificilius eſt, quam Deum in carne noſtra tentorium ſuum fixiſſe, ſibique in perpetuum naturam noſtram univiſſe, in qua ſeſe nobis præſentem exhiberet: Hoc enim nihil habet quod rationi repugnet, quodque non ſit maxime & generi humano honorificum, & S. Scripturæ conſentaneum, illud vero divina & humana omnia confundere videtur, attributa valde pauca, opera vix ulla Deo propria, neceſſaria, perpetua, eique in ſolidum tribuenda relinquere, quid enim impedit quo minus eodem modo, juxta *Lutheranorum* placita, Chriſto ubiquitas adſcribatur? & quomodo negare poſſunt *Sociniani* Divinam potentiam, bonitatem, juſtitiam, ſanctitatem, veritatem, miſericordiam, eidem vel actu communicari, utpote ſacerdotali, & Regio Chriſti officio æque neceſſaria, vel ſaltem Chriſto, hoc eſt creaturæ poſſe competere? quam autem hæc ſint cum ſana ratione pugnantia, de Dei O. M. gloria detrahentia, ſcripturis paſſim contraria, nemo eſt qui non videat, Quis enim legens iſta Dei verba, *pravum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes ad dandum unicuique juxta viam ſuam, & juxta fructum ſtudiorum ſuorum*, non intelligat, Deum ſibi tribuere ſcrutationem cordium, tanquam attributum proprium, quo ab omnibus creaturis diſtinguitur, cum ergo videamus

ὅτι σὺ μονώτατος οἶδας

1 Reg. 8. 39.

1 Cor. 4. 5.

Jer. 17. 9.

mus Chriſtum hoc ſibi tribuere, quod hic *Jehovæ* adſcribitur, verbis haud minus emphaticis, cum hoc inquit *Omnibus Eccleſiis innoteſcat* volo ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς, καὶ καρδίας καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν. *quod ego ille ipſe ſum, qui ſcrutor corda, & renes, & qui dabo unicuique veſtrum juxta opera veſtra*, cur non inde concludamus eum eſſe *Jehovam* eſſentia divina præditum, præſertim cum fateri neceſſe ſit eum, qui cordis eum in finem Scrutator eſt, ut det unicuique juxta fructum operum ſuorum, eſtq; omnium quotquot unquam fuerunt hominum ſupremus Judex, habere pariter deberi perſpecta, & explorata corda omnium, etiam eorum, qui adventum ejus anteceſſerunt, ubicunque, & quandocunque vixerint.

Porro ſi propoſitio hæc, tu *ſolus noſti corda omnium hominum*, intelligenda eſſet cum tacita illa limitatione, à *temetipſo*. Cadet vis excluſivæ particulæ *ſolus* non ſuper id, quod exprimitur, ſed quod à *Socinianis* adjicitur, excludetque omnes alios non à communione prædicati, ſive à cordis omnium hominum notitia, quod hic tantum exprimitur, ſed à communione cauſæ prædicati tantum, quæ hic non exprimitur, quod num ſit veriſimile, æquis rerum æſtimatoribus judicandum relinquo. Tertio, Si verba *Solomonis* ita limitare par ſit, nihil eſt tam commune, quod ſoli Deo tribui non poſſit; ſolus enim Deus, hoc ſenſu, eſt, agit, loquitur, ſolus Deus novit Chriſtum in Carne venturum, moriturum, à mortuis ſuſcitandum, hæc enim ſoli Deo competunt *à ſemetipſo* eſſe, agere, & ſcire; quid quod admiſſa hac reſtrictione, quam vera erit iſta propoſitio, *tu ſolus noſti corda omnium hominum*, tam veræ, quæ ſequuntur, erunt, Chriſtus non eſt Dominus vivorum, & mortuorum, Chriſtus non reſurrexit à mortuis, non eſt ad dextram Dei exaltatus, non habet poteſtatem vitam æternam nobis tribuendi, non eſt adorandus, non eſt invocandus, non habet poteſtatem audiendi preces noſtras, eaque quæ petimus præſtandi, nec enim juxta *Socini* Theologiam, horum aliquid Chriſto competit *à ſemetipſo*, ſed Deo Patri hæc omnia accepta referenda ſunt, nec Chriſti ſive inſitæ virtuti, ſive poteſtati, ſive demum, dignitati ſunt adſcribenda. Denique cum dixerit Scriptura *tu es Dominus ſolus, tu ſolus es Altiſſimus ſuper omnem terram, tu ſolus es Deus Regnorum omnium terræ; tu feciſti Cœlum & Terram*, in his propoſitionibus non dicunt *Sociniani*, limitationem hanc intelligendam eſſe: Nolunt enim Duos eſſe Altiſſimos, duos mundi Creatores, Duos ſimul Dominos; cur igitur dicente pariter ſcriptura, *tu ſolus noſti corda omnium hominum* duos eſſe volunt, qui omnium hominum

Neh. 6. 9.
Eſ. 5. 20.
Pſ 83. 17.
Eſ. 37. 16.

corda ſcrutentur, cur inquam hoc volunt illi ipſi, qui cum *te ſolum verum Deum* apud *Johannem* inveniunt, hanc nobis Scripturas interpretandi Regulam tradunt, *eam nempe eſſe vocis ſolius vim, ut omnes alios excludat à communione prædicati præter eum, cui adponitur.*

Creſ. de uno Deo Patre. c. 1. §. 1.

Hæc autem, quæ jam diſputavimus, firma & ſolida ſi fuerint, varia divinitatis Chriſti Argumenta exhibent, quibus nihil habent *Sociniani*, quod reſpondeant, niſi ex fundamentis, & principiis ſufficienter, uti ſpero, refutatis V. G.

Primo, Qui eſt Religioſe Adorandus, qui eſt æquali cum Deo Patre, Deoque *Iſraelis* honore, & obſequio colendus, ille eſt idem eſſentia Deus cum Deo Patre ſeu Deo *Iſraelis*.

Chriſtus eſt Religioſe adorandus, & æquali cum Deo Patre ſeu Deo *Iſraelis* honore, & obſequio colendus, ergo eſt idem eſſentia cum Deo Patre, ſeu Deo *Iſraelis*.

Major nititur loco antea laudato, atque à *Socinianorum* ſtrophis pro modulo noſtro vindicato, qui ſoli Deo *Iſraelis i.e.* Secundum ipſos ſoli Patri, Religioſam adorationem, & obſequium exhibendum docet; Minor ipſiſſima *Socinianorum* verba exhibet, concluſio ergo neceſſaria eſt.

Secundo, Chriſtum nimirum eundem eſſentia Deum eſſe cum Deo Patre, ſeu Deo *Iſraelis*, ſic probo, is cui gloriam ſuam Pater dedit, idem eſſentia cum Patre Deus eſt, ſed Gloriam ſuam Chriſto Pater Dedit, Chriſtus igitur eſt idem eſſentia cum Patre Deus. Major iterum nititur loco *Prophetæ*, quo proteſtatur Deus Pater *ſe Gloriam ſuam alteri minime daturum.* Minoris veritatem agnoſcunt ipſi *Sociniani*. Eſt ergo concluſio neceſſaria ex legibus Syllogiſmorum.

Tertio, Qui novit corda omnium hominum is idem eſſentia Deus eſt cum Deo Patre, ſeu Deo *Iſraelis*.

Chriſtus autem novit corda omnium hominum,

Chriſtus igitur eſt idem eſſentia Deus cum Deo Patre ſeu Deo *Iſraelis*. Major probatur teſtimonio *Solomonis* antea vindicato. Minorem agnoſcunt *Sociniani;* Concluſionem ergo negare non poterint.

Sect. IV. Atque ita propoſitionem noſtram ex ipſis Scripturis, & rationis principiis ſtabilitam dedimus, reſtat ut eam Antiquorum *Patrum* precipue *Antenicænorum* ſententiis corroboremus; quibus perſpicuum erit *Socinianos* conſtanti Eccleſiæ univerſalis judicio in hoc Articulo ſemet opponere, quod enim Deus ſolus Religioſe adorandus, ſoluſque invocandus fuerit, ſoluſque corda omnium ho-

hominum novit, omnes Eccleſiæ Antiquæ *Antiſtites* uno veluti ore pronuntiant. Et,

Primo, Juxta Conſtantem & perpetuam Antiquæ Eccleſiæ univerſalis ſententiam ſolus Deus Religioſe adorandus, cultuſque obſequio proſequendus eſt. *Nos* Chriſtiani inquit *Juſtinus, Solum Deum adoramus, id enim ſuaſit Præceptor noſter dicens maximum mandatum eſt, Dominum tuum adorabis atque illum ſolum coles, & reddite, quæ ſunt Dei, Deo.*

Ἀπόδοτε τὰ τῷ θεῷ πρ θεῷ, ὅθεν θεὸν μὸν μόνον προσκυνᾶμεν. Apol. 2. p. 64. ὡι δὲ κ τὸν θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν ἔπως ἐπαισεν εἰπὼν μ. γίστη ἐντολὴ ἐστι Κύριον τὸν θεὸν σῦ προσκυνήσεις, κ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις p. 63.

Theophilus ad Autolycum ſic loquitur. *Cæſarem Regem honorabo, non tamen eum adorabo, ſed verum Deum vere exiſtentem; Adorandi enim Cultus nemini niſi Deo ſoli deferendus: eſt Lex divina,* inquit, *prohibet* cultum *Idolorum, Solis, Lunæ* &c. *Sed dicit ſoli vero DEO Mundi creatori ſerviendum eſſe corde ſancto*

Τιμήσω τ Βασιλέα ὐ προσκυνῶ αὐτῷ, θεῷ δὲ πρ ὄντως θεῷ κ ἀληθεῖ προσκυνῶ, ὐ γὸ ἐξὸν προσκυνεῖσθαι, ἀλλ' ὐ μόνῳ θεῷ lib. 1. p. 76, 77.

Ἀλλ' ὐ μόνω πρ ὄντως θεῷ κ ποιητῇ τῶν ὅλων χρὴ λατρεύειν ἐν ὁσιότητι κ δικαιοσύνῃ 1. 2. p. 110. D.

Clemens Alexandrinus hunc unius Dei Religioſum cultum inter ea doctrinæ Cœleſtis elementa recenſet, quæ ſunt ab *Ethnicis* ad Pietatem & Salutem cognoſcenda; *Oportet enim* inquit, *Græcos per legem, & prophetas, ediſcere colere unum ſolum Deum, qui eſt vere omnipotens,*

Τὸς ἕλληνας χρὴ διὰ νόμ, κ προφητῶν ἐκμαθεῖν ἕνα μόνον σέβειν θεὸν τὸν ὄντως παντοκράτορα Strom. 64. p. 695.

Tertullianus Chriſtianorum praxin ſic exhibet, *Nos unum Deum colimus, quem omnes naturaliter noſtis; quod colimus Deus unus eſt;* nec mirum cum juxta eundem id *lex divina flagitabat, præſcribitur,* inquit, *mihi ne quem alium Deum dicam, ne vel dicendo non minus lingua, quam manu Deum fingam, ne quem alium adorem, aut quoquo modo venerer præter unicum illum, qui ita mandat. Cyprianus Demetriano* ſignificat mala *Ethnicis* divinitus irrogari, quoniam ſuperſtitionibus ſuis relictis verum Deum non agnoſcunt, *ut qui Deus unus eſt omnibus, unus colatur ab omnibus, & rogetur, audi enim,* inquit *ipſum loquentem, ipſum voce divina inſtruentem nos pariter & monentem, dominum Deum tuum adorabis,* inquit,

Ad Scap. c. 2. Apol. c. 17. Scorp c. 4. Ep. ad Demetr. Ed. Ox. p. 187.

Recogn. l. 10. § 47. *& illi ſoli ſervies, & iterum non erunt tibi Dii alii abſque me. Lex Chriſti*, inquit, *Pſeudo Clemens, decernit honorandum eſſe Deum, dominum omnium, & in ipſo ſolo omnem collocandam ſpem, Ethnicos* ſic alloquitur, *evigilate, & Dominum Deum noſtrum vobis adſcribite -- hunc imitamini, & hunc timete ſicut mandatum datur hominibus, Dominum deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies; expedit enim vobis huic uni Domino ſervire, Origenes* centies fere Religioſum hunc cultum uni Deo vindicat, hoc Chriſtum noſtrum docuiſſe monet; nempe *ſolum colendum eſſe univerſi Deum*, hoc *Judæorum* placita examinantibus & *Chriſtianorum* ad illa conferentibus perſpicuum eſſe dicit, quod *Judæi legi obtemperantes, dicenti, non habebis Deos alios præter me, nihil aliud colunt quam Deum univerſorum Dominum, Chriſtianos* etiam alium non colere multoties indicat, partim quod Deum adorare, illique ſoli ſervire, lex jubeat, partim quod *Duobus Dominis ſerviendum non fuerit* ἡμᾶς ἄλλα εἶδος προσκυνεῖμεν. *Nos* Chriſtiani, inquit *Dionyſius Alexandrinus nullum alium colimus præter eum, qui fecit Cœlum & Terram;* hæc Chriſti Confeſſor egregius coram *Æmylio præfecto* libere profitetur, addit-que *ſe nunquam ſententiam ſuam mutare velle, neque deſiturum aliquando, eſſe Chriſtianum*; Quæſtioni *Gentilium, cur alios nobiſcum neque Deos colitis, neque adoratis.* Reſpondet *Arnobius ad Cultum Divinitatis obeundum ſatis eſt nobis Deus primus Pater rerum ac Dominus, Conſtitutor, Moderatorque cunctorum, in hoc omne, quod colendum eſt, colimus, quod adorari convenit, adoramus, quod obſequium venerationis expoſcit, venerationibus promeremur. Religio, & veneratio nulla alia niſi unius Dei tenenda eſt,* inquit *Lactantius, Docuit enim Chriſtus, quod unus Deus ſit, eumque ſolum coli oportere. Euſebius* plurimis locis id tanquam Chriſtianæ fidei peculiare aſſignat, quod mundum docuit, aliis Diis relictis, *ſolum ſummum Deum colere, ſolique ei cultum congruum tribuere.*

Τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ μόνον δεῖν σέβειν Celſ. l. 1. p. 10. ἑνὸς δὲ σέβεσιν ἢ τοῦ ἐπὶ πᾶσι θεοῦ. l. 5. p. 234. nos nullam creaturam, ſed Patrem Filium, & Spiritum ſanctum colimus, & adoramus, idem in *Rom.* 1. *F.* 138. *C.*

Euſeb. Eccl. Hiſt. l. 7. c. 11. l. 3 p. 100. 101.

l. 1. c. 20. p. 108. l. 4 c. 12. vid. c. 4. l. 5. c. 18. 6. c. 9.

- Μόνον τὸν ἀγένητον θεὸν σέβειν· præp. Evang. l. 1. c. 4. p. 12. ᾧ μόνῳ τὸ προσῆκον ἀπονεμῶν σέβας. l. 4. c. 21. p. 170. l. 5. c. 1. p. 180. C.

Secundo, Iidem *Patres* orationem eſſe cultum ſoli Deo debitum pronuntiant, Chriſtoque tantummodo Interceſſoris vices obeunte, Deo deferendum. Cum enim monuiſſet *Celſus orandos*

orandos esse Dæmonas, seu bonos Genios ut velint esse propitii. *Apage*, inquit *Origenes, hoc Celsi consilium jubentis adorari Dæmonas, soli etenim super omnia Deo offerendæ sunt preces*, Christianorum officium esse vult, *πᾶσάν τε εὐχὴν ἀναφέρειν ἐκείνῳ· vota omnia ad illum dirigere, Christiani*, inquit *Eusebius, non multis Dominis preces fundunt, sed uni soli Domino, secundum sacrum Oraculum*, quod ne ab iis, temere, & ne sine ratione factum putaremus, causas, quibus moti pronuntiant, multiplices adducunt, Deo etenim soli orandum dicunt.

Μόνῳ γὰρ προσευκτέον τῷ ὄντι πᾶσι θεῷ l. 8. p. 395.

l. 7. p. 36.

Εὔκοσμαι δὲ ἐκεῖ πλείοσι κυρίοις, ἕνι δὲ τῷ μόνῳ κυρίῳ κατὰ τὸ ἱερὸν λόγιον demonstr. Eu. l. 1. c. 3.

Primo, Quia *is solus bonus est; Cum unus sit bonus Deus* inquit, *Clemens Alexandrinus, merito tum nos, tum Angeli bonorum quædam nobis concedi, quædam continuari oramus abs eo solo.*

Ἐικότως παρ' αὐτοῦ μονοῦ, καὶ ἀγαθῶν τὰ μὲν δοθῆναι, τὰ δὲ παραμεῖναι εὐχόμεθα ἡμεῖς τε καὶ οἱ Ἄγγελοι Strom. l. 7. p. 721.

Secundo, Quia Deus solus ubique præsens, atque ad audiendum præsto est, absurdum autem est docente *Origene, cum is, qui Cœlum & Terram implet, nobis præsto est, & in proximo, quærere, cui vota facias, non semper ubique præsentem.*

Τῷ πληρώσαντι τὸν οὐρανὸν, καὶ γῆν ὄντι μετ' ἀμφοῖν καὶ πλησίον ἀμφοῖν τυγχάνοντος ἐπιτεῖν εὐχὰς τῷ μὴ φθάνοντι ὅτι πανσύμπαντα. cont. *Cels.* l. 5. p. 239.

De Orat. c. 1. p. 130.

Tertio, Quoniam ubique audit, ubique videt. *Consideremus*, inquit Tertullianus, *benedicti Cœlestem Christi Sophiam imprimis de præcepto secrete adorandi, quo & fidem hominis exigebat ut Dei omnipotentis, & conspectum, & auditum sub tectis, & in abditis etiam adesse consideret, & modestum fidei desiderabat, ut quem ubique audire & videre fideret, & Soli Religionem suam offerret.*

Quarto, Quia is Solus præstat, quæ petimus, atque ab eo solo consequi possumus, quod optamus, *Precantes sumus* (inquit prædictus Afer.) *pro omnibus Imperatoribus vitam illis prolixam, imperium securum, Domum tutam, populum probum, orbem quietum, quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt, hæc, ab alio orare non possum, quam à quo me scio consequuturum, quoniam & ipse est qui solus præstat, & ego sum, cui impetrare debetur, famulus ejus, qui eum solum*

Apol. c. 30.

ſolum obſervo. *Origenes* has duas rationes conjungens docet *Chriſtianos tranſcenſis omnibus quæ mundus habet aſpectabilia, ad conditorem aſcendere omnium, utpote qui ſolus ſufficere poteſt omnibus, omniumque cogitationes introſpicere, & exaudire preces ad ſe miſſas omnium.* Denique Creaturam, ſive non Deum precibus ſolicitare eſt, juxta *Patrum* ſententiam, creaturam, tanquam Deum Colere. *Extrema*, inquit *Clemens inſcitia eſt ab iis, qui non ſunt Dij, tanquam à Diis petere.* Hujus Effati duo in medium profert Argumenta. Primo, quod *Deus ſolus cum ſit bonus, eſt etiam ſolus invocandus.* Secundo, quod *oratio eſt inſtitutum cum Deo colloquium,* ex quibus conſtat, juxta *Clementis* ſententiam, idem eſſe quenquam precari, atque cum eo, tanquam cum Deo colloqui, non Deum orare, eſſe id agere, quod ſoli Deo præſtandum eſt. *Angelos invenimus* inquit *Origenes*, διὰ τὸ θείως ἔχ) *interdum Deos à S. Scriptura vocari, ſed non ſic, ut jubeamur illos miniſtrantes, & dona Dei ferentes nobis, adorare, aut divinis honoribus Colere. Omnia enim vota, omnes interpellationes,* i. e. *precationes, & Gratiarum actiones de ſinandæ ſunt ad Deum rerum omnium Dominum per majorem omnibus Angelis ſummum pontificem, vivum verbum, & Deum.* Porro *Patres* etiam *Antenicæni* non tantum Deum ſolum invocandum eſſe docent, ſed Chriſtum idcirco Deum eſſe contendunt, quia à *Chriſtianis* invocabatur, & invocandus erat, *Origenes* monſtrat mulierem *Canaaniticam* Chriſtum pro Deo coluiſſe, dicendo *Domine opitulare mihi. Si homo tantummodo Chriſtus*, inquit *Nevatianus*, *quomodo adeſt ubique invocatus, cum hæc hominis natura non ſit, ſed Dei, ut adeſſe omni loco poſſit, Si homo tantummodo Chriſtus, cur homo in orationibus Mediator invocatur, cum invocatio hominis ad præſtandam ſalutem inefficax judicetur.* Idem

Ὡς μόνῳ διαρκεῖν δυναμένῳ ὅτι πάντα ὁρᾷ, καὶ ἐφορᾷν τοῦ παντὸς λογισμοὺς καὶ ἀκούειν τῆς πάντων εὐκῆς adv. *Celſ.* l. 4. p. 177.

Ἐχάτη ἡ ἀναιδία παρὰ τὴν μὴ θεῶν, ὡς θεῶν αἰτεῖσθαι ἕξιν ἐν ὁμιλίᾳ πρὸς τὸν θεὸν εὐχὴ Strom. l. 7. p. 721, 722.

Ἀλλ. ὰλ ὥστε προσκαλεῖσθαι ἡμῶν τὴν διαλογὴν σέβειν καὶ προσκυνεῖν αὐτὸ τῷ θεῷ, πᾶσαν μὲν δέησιν καὶ προσευχὴν καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν ἀναπεμπέσθω τῷ ὄντι πᾶσι θεῷ διὰ τοῦ ὄντος πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως ἐμψύχου λόγου, καὶ θεοῦ adv. *Celſ.* l. 5. p. 233.

Προσκυνεῖ ὡς θεῷ τῷ Ἰησοῦ λέγουσα Κύριε βοήθησόν μοι Hom. in Math. p. 259.

De Trin. c. 14.

Idem de voto Jacobi verba faciens, hæc habet, *nemo igitur Chriſtum ſicut Angelum non dubitat dicere, ita etiam Deum hæſitet pronuntiare, cum hunc eundem & Deum, & Angelum intelligat invocatum fuiſſe.*

Tertio, In eo conſentiunt omnes Antiquæ Eccleſiæ Antiſtites Deum ſolum omnium hominum corda ſcire, cordis enim ſcrutatorem eſſe juxta *Clementem Alexandrinum* eſt Deitatis indicium, *Deo enim ſoli eſt cognitum mentis propoſitum*, inquit *Origenes*. Et *Tertullianus* ait ſe Deum *Marcionis* provocaturum ad eam ſui faciendam fidem, *ut & futura prenuntiet, & ſecreta cordis revelet*; atque hoc Argumento contendunt Patres Deum eſſe Chriſtum, *Pſeudo Clemens* de Chriſto propheta loquens, hæc habet, *cogitationes hominum pervidebat, quod nulli eſt poſſibile niſi ſoli Deo: Non humanum erat*, inquit *Origenes*, *quod Chriſtus hominum cogitationes novit, ſolus enim, ſecundum Solomonem Deus novit corda hominum*, & rurſus, *ſoli Domino conceditur ſcrutari corda, & renes*. Idem Argumentum *Novatianus* exhibet his verbis. *Quod ſi cum nullius ſit niſi Dei cordis noſſe ſecreta, Chriſtus ſecreta conſpicit cordis, merito Deus eſt Chriſtus*. Atque ita vidimus *Patres* etiam *Ante Nicænos* non ſolum nobiſcum aſſerentes Deum ſolum adorandum, ſolum invocandum eſſe, Deo ſoli conſpecta eſſe cordis ſecreta, ſed hiſce omnibus argumentis adverſus *Socinianos* contendentes Chriſtum eſſe Deum.

Hom. 7. in Gen.

Recogn. l. 5. Sect. 10.

Γινῶναι τοὺ διαλογισμὸς ϑ Ιησοῦ ὡς ἀνθρώπινον ἦν μονώτατ☉ γὰ γινώσκειν ὁ ϑεὸς τὰς καρδίας ἅ ἀνθρώπων, ὡς ὁ Σολομὼν ἐν τῇ τείτῃ ἅ βασιλειῶν φησὶν ὁ κύει☉ &c. Com. in Math. p. 271. ἡ μὲν γὰ τοῦ Κυρίου σοφίσει τὸ ἐξετάζειν καρδίας καὶ νέφρους. in Jer. Hom. 19. p. 198.

Sect. V. Progredimur jam ad minorem propoſitionem ſyllogiſmi primarii confirmandam, *viz.* Chriſtum Religioſa Prece invocatum, & invocandum eſſe, quam hiſce Argumentis adſtruimus.

'Is qui eſt dominus *dives in omnes qui eum invocant*, & cujus in-'vocationi ſalus adnectitur, is certo certius invocandus eſt. Chri-'ſtus eſt talis Dominus, Chriſtus igitur eſt invocandus. Major eſt per ſe evidens, minorem hæc divi Pauli verba exhibent. *Idem eſt Dominus omnium, Dives in omnes, qui invocant illum, omnis enim, quicunque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.* Quæ verba ad Dei filium, non autem ad Patrem ejus referenda eſſe, patet, cum ex univerſa illa diſputatione, quam de fidei Chriſto adhibitæ juſtitia *Paulus* inſtituerat, tum ex *Eſaiæ* teſtimonio, de non confundendo illo, qui in Dominum Jeſum crediderit, quod *Paulus* diſpu-

Argum. 1.

Rom. 10. 12, 13.

diſputationis ſuæ confirmandæ cauſa paulò ſuperius capite nono, & hic in eadem orationis ſerie adducit, is enim, qui in *Zion ponebatur lapis offenſionis & petra Scandali*, is quem ore confitendum proponit *Apoſtolus* idem eſt cum eo, *cui credebatur in juſtitiam*, & in quem *ſi quis crediderit non confundetur*, is autem proculdubio eſt *Dominus Jeſus*, cum ergo apud *Apoſtolum* ſequitur, idque per connexivam particulam ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος. *Idem enim Dominus eſt Dives* &c. *reſtat Dominum* Jeſum eum ipſum eſſe, quem invocandum proponit, cumque
32. hoc iterum illatione confirmat ex his *Joelis* verbis, πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου σωθήσεται, *omnis qui invocat nomen Domini ſervabitur*, cumque שם יהוה *nomen Jehovæ* apud *Joelem* proculdubio verum Deum ſignificat, ſequitur Chriſtum, ut verum Deum invocandum, nec enim alias ex eo, quod *Jehovæ* nomen invocandum eſſet, recte colligeretur Chriſti nomen eadem ratione invocandum eſſe.

gum. 2. Sect. VI. Argumentum ſecundum tribuit communis illa Chriſtianorum πείσρεσις, qua per hunc characterem deſignantur, quod *nomen Domini invocabant*. Sic enim Chriſtum alloquitur *Ananias:*
Act. 9. 14. *is Paulus* quem me adire jubes, *poteſtatem, accepit, à Summo Sacerdote ligandi omnes* τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου, *qui invocant nomen tuum;* ipſi increduli Judæi de eodem *Paulo* affirmant eundem ip-
v. 21. ſum fuiſſe, *qui modo expugnabat in Jeruſalem eos, qui invocabant nomen illud Chriſti*, quod libere prædicabat, *Paulus* Epiſtolam primam ad *Corinthios* mittit *omnibus qui invocant nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti*, ſecundam *omnibus Sanctis qui ſunt in Achaia*, Sancti ergo omnes tunc invocabant nomen *Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Denique idem *Paulus* hortatur *Timotheum fidem, charitatem, & pacem ſectari cum iis, qui invocant Dominum de puro corde.*

Sunt fateor quidam, qui hac loquendi ratione, non precum fuſionem Chriſto habitam, ſed tantum nominis Chriſti profeſſionem deſignari contendunt, ſed fruſtra: Nec enim verbum illud deponens ἐπικαλοῦμαι in iſtis Scripturæ locis ubilibet repertum aliud quippiam præter implorationem denotat, nec phraſis illa *invocare nomen alicujus*, ſine additione prolata, uſquam in *N. Teſtamento* occurrit abſque cultus atque fiduciæ erga invocatum ſignificatione, nec conſtans *Sept. Interpret.* verſio interpretationem hanc patitur, ubicunque enim ἐπικαλοῦμαι τὸ ὄνομα τοῦ occurrit in illa verſione, ibi planum eſt invocationem Dei intelligendam eſſe, & reſpondere hanc phraſin Hebraicæ activæ יקרא בשם & *vocabit in nomen Domini*: Ubicunque autem nomen Domini dicitur invocari ſuper templum, aut populum ſuum, phraſis mutatur ad hunc modum τὸ ὄνομά σου ἐπικέκληται ἐπὶ τὸν οἶκον, τὴν πόλιν ἢ τὸν λαόν. Et reſpondet verbo Hebraico

braico paſſivo שמך נקרא *nomen tuum invocatum eſt ſuper hanc urbem, aut populum;* e. g. In hiſtoria certaminis inter Sacerdotes *Baalis* & *Elijam* phraſis hæc ter occurrit ἐπικαλέσομαι ἐπ' ὀνόματι κυρίου μου καὶ ὀπικαλέσητε ἐπ ὀνόματι θεῦ ὑμῶν. Ubi non eſt opus ut oſtendam verba active ſumenda eſſe, id enim res ipſa poſtulat. Cum *Naaman* eundem *Prophetam* adibat, ut lepra ſibi adimeretur, *expectabam,* inquit, *ut egrederetur* ויקרא בשם יהוה אלהיו *&* ἐπικαλέσεται ἐν ὀνόματι θεῦ αὐτῦ, *& invocaret in nomine domini dei ſui.* 2 Reg. 5. 11. *Pſalmiſta* bis dicit in eodem Pſalmo, *Calicem Salutis accipiam* ובשם יהוה אקרא *&* τὸ ὄνομα κυρίου ὀπικαλέσομαι, *& in nomine Jehovæ invocabo,* Pſal. 116. 13. 17. *tam ad populum labium unum* inquit Deus apud *Zephaniam* בשם לכלם לקרא *&* ὀπικαλεῖσθαι πάντας τὸ ὄνομα κυρίου. Et in loco *Joelis* à Paulo citato, *omnis, qui* יקרא בשם *&* ὀπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου *Salvus erit.* Vide Gen. 4. 25. 12. 8. 13. 4. 21. 33. 26. 25. Pſal. 79. 19. 98. 6. 116. 4. Eſ. 64. 7. Lam. 3. 54. Amos 9. 12. Zach. 13. 9. Zeph. 3. 9.

Cum autem paſſive occurrit phraſis, Hebraice ſonat שמך נקרא עליו *&* τὸ ὄνομά σε ἐπικέκληται ἐπὶ τὸν οἶκον, ἢ τὸν λαὸν, *nomen tuum invocatur ſuper hanc domum, ſeu hunc populum.* 1 Reg. 8. 43. Eſ. 4. 1. Eſ. 63. 19. Jer. 14. 9. שמך נקרא *&* τὸ ὄνομα σὺ ἐπικέκληται ἐφ ἡμᾶς. Jer. 15. 16. Dan. 9. 18, 19. שמך נקרא *&* ἐπικέκληται τὸ ὄνομα ἐπὶ * πόλιν σῦ, καὶ τὸν λαὸν σῦ *nomen tuum invocatur ſuper civitatem tuam, & populum tuum.* Vide Gen. 48. 16. Deut. 28. 10. Paral. 2. 7. 14. Jer. 9. 13. 15, 16. 34. 15. His accedit, quod ipſe *Paulus,* qui bis hac phraſi Chriſtianos denotat, locumque *Joelis,* activè haud dubio intelligendum, in hanc rem citat, non tantum alias Chriſtum invocandum eſſe innuit, non tantum multoties eundem cum directe, tum indirecte interpellat, ut poſtea videbimus, & fere in omnibus ſuis Epiſtolis Chriſtianos ad id faciendum exemplo ſuo provocat, ſed immediate poſt hanc *Eccleſiæ Corinthiacæ* Salutationem ſub nomine eorum, *qui ubiq; Chriſtum invocabant,* iiſdem *Gratiam & miſericordiam à Deo Patre Noſtro & Domino Jeſu Chriſto* continuo, & quaſi eodem Spiritu expoſcit.

Sect. VII. Tertium igitur Argumentum ſuppeditat illa orandi formula, qua *D. Paulus* continuo utitur in *Epiſtolarum* ſuarum exordiis *Gratiam, miſericordiam, & pacem à Deo Patre & Chriſto Domino noſtro* conjunctim expetens nempe 1 *Rom.* 7. 1 Cor. 1. 3. 2 Cor. 1, 2. Gal. 1. 3. Eph. 1. 2. Philip. 1. 2. Col. 1. 2. 2 Theſſ. 1. 1. 2 Theſſ. 1. 2. 1 Tim. 1. 2. 2 Tim. 1. 2. Tit. 1. 4. Philem. 1. 3. Reſpondent aliqui loca hæc votum potius continere, quam orationem, εὐχὴν. magis, quam προσευχὴ. Sed primo interrogo quid per hoc votum intelligant, & quo ſenſu id explicant, nec enim alium voti hujus Argum. 3.

ſenſum concipere poſſum, quam hunc, opto vobis pacem & Gratiam à Gratiæ, & pacis Authoribus derivandam; hic autem ſenſus ab oratione parum differre videatur, quum nihil magis conſonum ſit, quam bona ab iis petere, à quibus ex confeſſo derivantur. Deinde non aliter hæc à Patre optare videtur, quam à Filio, optando autem hæc à Patre, orat, ut hæc ſanctis tribuerentur, cur ergo pariter non oraret Chriſtum, Patri perpetuo in his votis conjunctum, ut ea ſanctis ipſe concederet, præſertim cum ab utriſque Gratiam & pacem recipiant Chriſtiani, juxta illud *Johannis* ἔσαι ὑμῖν χαρις, ἔλεος, εἰρήνη παρὰ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ παρὰ Κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ *erit vobis Gratia, miſericordia, & pax a Deo Patre, & Domino Jeſu Chriſto.* Porro cum dicit *Timotheo Germano meo filio, Tito dilecto filio, Philemoni dilecto ſit gratia, & pax;* cum pariter apud *Petrum* & *Judam* legimus, *Gratia vobis & pax multiplicetur*, quid aliud ſonant hæc vērba, quam à Patre, & Jeſu Chriſto precor vobis multiplicationem gratiæ, & pacis!

Ob. Objicitur, quod eadem ratione ſtatuendum foret, *ſeptem iſtis ſpiritibus Johannem* preces adhibuiſſe, à quibus *Gratiam & pacem* flagitat.
Apoc. 1. 4.

Reſp. Primo, Per *Septem Spiritus* omnes veteres Spiritum ſanctum intelligunt, de quo Eccleſia canit, quod ſit *Munere Septiformis*, & qui juxta *Eſaiam* eſt Πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, βουλῆς, καὶ ἰσχύος γνώσεως, καὶ εὐσεβείας, καὶ φόβου Κυρίου *Spiritus ſapientiæ, & ſcientiæ, conſilii, & fortitudinis, cognitionis, & pietatis, & timoris Domini. Sacri Prophetæ Unum, & eundem Spiritum in ſeptem Spiritus partiuntur*, inquit *Juſtinus. Spiritus Sanctus in Scripturis Septenario numero præcipuè commendatur, ſive apud Eſaiam, ſive in Apocalypſi*, inquit *Auguſtinus;* atque hoc ex eo probant, quod nunquam Chriſtianorum aliquis precatur quicquam accipere à Deo, & ab Angelis.

Οἱ ἱεροὶ συγγραφεῖς ἓν καὶ αὐτὸ πνεῦμα εἰς ἑπτὰ πνεύματα μερίζειν φασίν. Paræn. p. 1.

Secundo, Ii à quibus gratiam hic & pacem *Johannes* flagitat, non tantum Deo Chriſtoq; conjunguntur, ſed etiam medio inter utrumq; loco collocantur, atque ab iis nulla imparitatis nota præmiſſa, quæ Deo ſoli debentur, *Johannes* poſtulat; unde id conjectari liceat non eſſe eos perſonas à Deo Patre Filioq; eſſentia diverſas, & ipſis vel infinities minores: Quæ enim reddi poteſt ratio, quare ordine dignitatis inverſo ſeptem Spiritus creati, medio inter Patrem & Chriſtum loco ponerentur? Aut quare initio, & fine hujus commatis ſermo eſſet de Authore gratiæ, in medio non item! Aut quare *Johannes* omiſſo Spiritu Sancto, Gratiæ datore, ſervos, & miniſtrantes Angelos hic òraret? Aut cur Angelus tam vehementer repelleret *Johannem*

nem adorantem, quem hic invenerat Angelis ſupplicantem?

Sect. VIII. Argumentum quartum exhibent exempla hujus invocationis à viris θεοπνευστις in *N. Teſtamento* data; Hoc enim *Stephanum* virum divino ſpiritu impletum feciſſe, hæc verba edocent, *& lapidabant Stephanum* ἐπικαλούμενον, *invocantem & dicentem* (ei nempe quem invocabat) Κύριε Ιησοῦ (ſive ſecundum alios codices Κύριε χεισὲ) *Domine Jeſu ſuſpice ſpiritum meum, poſitis autem Genibus Clamavit vi magna, dicens Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum,* quem autem in cœlis exiſtentem vir Spiritu Sancto plenus religioſe invocavit, eundem nos etiam invocare jure poſſumus, & cum res exigit, debemus.

Clariſſimum hoc opis à Chriſto imploratæ exemplum fruſtra eludere conantur aliqui, dicendo τὸ Ιησοῦ eſſe hic *caſus genitivi*, non autem *vocativi*, ſenſumque adeo eſſe, tu qui es Dominus Jeſu Chriſti ſuſpice ſpiritum meum vel ſervatorem & Dominum hic appellari Deum *Patrem.* Ref.

Ut enim mittam primo τὸν ἐπικαλούμενον invocantem, plane reſpondere phraſi conſimili capite nono, ubi *Chriſtianos*, idem *Evangeliſta* appellat, eos qui nomen Chriſti invocant. Ut mittam ſecundo phraſin huic plane genuinam apud *Johannem*, καὶ ἔρχου Κύριε Ιησοῦ. *Amen veni Domine Jeſu*, quæ talem eluſionem minime patitur, ut mittam tertio *codices* quoſdam habere χεισὲ, & verſiones Antiquas cum recepta conſtructione convenire, hæc inquam ut miſſa faciam, commenti hujus futilitas ex eo liquet; quod nuſquam in S. Scriptura *Deus-pater* ita deſcribitur, ut *Dominus Jeſu* vocetur, & ſi is ſenſus eſſet non Κύριε Ιησοῦ, ſed, ambiguitatis vitandæ Gratia, Κύριε τῷ Ιησοῦ *Lucas* ſcripſiſſet, & quamvis nomen *Jeſu* à ſalute deducatur, nuſpiam tamen pro appellativo nomine, ſed ſemper pro proprio ponitur. Porro cum, poſitis Genibus, eundem dominum, ſic interpellat, *ne ſtatuas eis hoc peccatum*, Chriſtum eum invocare neceſſe eſt, is enim erat cui Deus *Pater* omne judicium commiſit, & qui peccatoribus & incredulis pœnam infliget. Ref. v. 14, 22. 2 Theſ. 1. 8, 9.

Alii igitur reſpondent hoc *Stephani* factum in exemplum trahendum non eſſe propter conditionis diſparitatem, *Stephanus* enim tunc tantum Chriſtum invocabit, cum eum a dextris Dei ſtantem videt; ſed fruſtra: Reſp. 2.

Quanquam etenim eum oculis Corporis ad Patris ſui dextram ſedentem non videamus, de eo tamen fide certiores facti ſumus, & tanquam Articulum fidei Chriſtianæ hoc ipſum amplectimur, cumque Deum O. M. licet oculis noſtris non videamus, ejus ta-

men opem quotidie imploramus, conſtat non ideo quempiam invocandum eſſe, quia appareat, ſed quia, ſive præſens, abſenſve, apparens vel non apparens preces noſtras audire, & percipere queat, & poteſtatem habeat id, quod petimus, præſtandi.

Secundo, *Pauli* terna illa invocatio, qua Dominum Jeſum, ut *Satanas* ab ipſo diſcederet, rogavit, clariſſimum hujus invocationis documentum eſt; ſic enim verba ſe habent, *datus eſt mihi Stimulus carnis, Angelus Satanæ, qui me colophizet, propter quod ter rogavi Dominum ut diſcederet à me, & dixit mihi, ſufficit tibi Gratia mea ἡ γὰρ δύναμίς μου, nam virtus mea in infirmitate perficitur;* 2 Cor. 12. 8, 9, 10. *libenter igitur Gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me ἡ δύναμις χριστοῦ virtus Chriſti*: Ubi notandum Domini nomen abſolute, & ſubjective poſitum ex perpetuo *D. Pauli* uſu Chriſtum deſignare, ad quem has *Pauli* preces directas eſſe ipſe orationis contextus indicat, eum enim hic *Paulus* invocat, qui invocanti eidem ſic reſpondet, *potentia mea in infirmitate perficitur*, potentia autem iſta diſertis verbis appellatur potentia Chriſti, Chriſtus ergo invocanti eum *Paulo* reſpondebat. Quod ſane minime mirum videri poteſt, cum, præter exempla jam allata, videamus eundem *Paulum* ſæpius alibi Chriſtum invocantem, eademque ab ipſo, & à Deo *Patre* juncta oratione impetrantem, id enim hæc 1 Theſ. 3. 11, 12. verba monſtrant, *Ipſe autem Deus, & Pater noſter, & Dominus noſter J. Chriſtus, dirigat viam noſtram ad vos*; Et rurſus, *Ipſe Dominus noſter J. Chriſtus, & Deus Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in Gratia, conſoletur corda veſtra, & confirmet vos in omni opere, & Sermone bono:* Ubi, ab ipſo *Crellio*, in locum priorem, notatum invenio; *inſigne, ut curæ & providentiæ circa nos Domini Jeſu, Argumentum, ita invocati ipſius exemplum hic exhiberi; votum enim ejuſmodi, quod eum, à quo aliquid voveo, audire ſum perſuaſus, precationis vim habet, utque adeo ipſa, licet indirecta, precatio eſt.* In loco poſteriori Deus *Pater* iterum cum *Chriſto* conjungitur, idque numero ſingulari, *dedit, dilexit, conſoletur*, & *ſtabiliat*, quod probat utrumque æque invocari, Chriſtumque præponi tanquam nobis propinquiorem, & mediatorem per quem omnia ſpiritualia bona à Deo Patre 2 Theſ. 3. 12. in nos conferuntur. Notandum inſuper ea quæ hic ab utroque conjunctim, alibi ſpeciatim in iiſdem epiſtolis à Chriſto ſolo peti, 2 Theſ. 3. 16. *Dominus*, inquit, *vos multiplicet, & abundare faciat Charitatem veſtram invicem, & in omnes, αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος idem autem Dominus* (quem obſecrabat v. 12, & cujus Gratiam cum omnibus *Theſſalonicenſibus* eſſe voluit v. 18,) *det vobis pacem ſempiternam in omnibus.*

Sunt

Sunt tamen, qui *Jacobi* votum pro cultus hujus creaturæ exhibiti exemplo proferunt, is enim ab Angelo, quocum luctatus fuerat, petit, ut *ſibi benedicat*, immo abſentem ſic compellat.. *Angelus, qui eruit me à cunctis malis, benedicat pueris iſtis.* Oc.

Reſp. Verum enimvero de finito creatoque *Angelo*, illic non agitur quod probatur. Primo ex nomine ejus vocatur enim האל ſive *Deus fortis*, vocatur *Jacobi* Redemptor, qui titulus eſt Dei. Secundo, ex cultu eidem adhibito, *Jacobus* enim ab eo petit liberationem ab omni malo, quod ſoli Deo adſcribit *Syraci filius*, dicendo σὺ εἶ ὁ ῥυόμενος ἐκ παντὸς κακοῦ, *tu is es, qui liberas ab omni malo*, quodque à Deo ſolo petendum docet oratio *Dominica*. Ita locum hunc intellexerunt, omnes *Patres*, idque hac inter cæteras ratione moti quod quæ hic petit *Jacobus* à Deo Patre, atque ab *Angelo* conjunctim flagitat, *nemo enim, inquiunt illi, ſuſtinebit audire aliquem dicentem utinam Deus Pater, & Angelus dirigat viam tuam.* Reſp. Pſ. 19. 15. Eſ. 43 14. 47. 4. c. 16. 8.

Sect. IX. His accedit continua omnium *Chriſtianorum* ab ipſis Eccleſiæ primordiis praxis. *Romanos* ſic alloquitur *Ignatius M. deprecemini Chriſtum pro me ut per hæc organa* (i. e. *beſtias*) *Dei efficiar hoſtia. Epheſios* ſic, *ſi me dignatus fuerit J. Chriſtus per orationem veſtram*, cum *Judæi* hoc Argumento *Proconſulem* ſuadere conati eſſent corpus *Polycarpi* Chriſtianis non tradendum, *ne crucifixo relicto illum colere inciperent*, hoc inquit, *Eccleſia Smyrnenſis*, ex ignorantia ab iis factum, quod *nec Chriſtum unquam delinquere poterimus, pro ſalute totius mundi patientem, nec alteri cuiquam orationis precem impendere, fas autem nobis eſſe illum ſiquidem, utpote filium Dei adoramus. Deum Patrem* inquit, *Juſtinus, & qui ab eo venit filium, docentem nos* (*& aliorum obſequentium & æqualium bonorum Angelorum exercitum,*) *iſta & Spiritum propheticum colimus, & adoramus, verbo, & veritate eos honorantes.*

Λιτανεύσατε δὲ Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργανῶν τούτων θεοῦ θυσία εὑρεθῶ Ep. ad Rom. §. 4. ἐὰν μὴ καταξιώσῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν Ep. ad Epheſ. §. 20.

Act. Polyp. in App. Ignat. uſſer. p. 27. Euſ. Hiſt. Eccl. l. 4. c. 15.

Ἐκεῖνον τε γὰρ τὸν παρ' αὐτοῦ ἀληθῶς ὄντα υἱὸν καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα (καὶ τὸν τῶν ἄλλων ὑπομένοντα καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων, σεβόμεθα, πνεῦμα τε τὸ προφητικὸν, σεβόμεθα, καὶ προσκυνοῦμεν λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες Apol. 2. p. 56. C.

Seculo tertio vidimus Patres ex eo probantes Chriſtum eſſe Deum, quod à Chriſtianis invocatus ſit, adeo ut ſupervacuum fuerit ſeculi hujus teſtimoniis chartas noſtras onerare.

Sect.

Sect. X. Nec minoris momenti ſunt indicia de Chriſti Religioſa adoratione, quæ, dum *Sociniani* ſtudioſe colligunt, ſuo ſemet Gladio confodiunt; illa enim quam agnoſcunt, & propugnant Chriſti adoratio, vel eum verum eſſe Deum probat, vel omnia illa teſtimonia Scripturæ, & Antiquitatis Catholicæ ſupra laudata, quæ ſolum Deum verum adorandum eſſe conceptis verbis teſtantur, una litura delenda ſunt; & certe quiſquis Argumentis *Volkelii* quibus contendit Religioſe adorandum eſſe Chriſtum, accuratius attenderit; videbit ea ad Chriſti Deitatem ſtabiliendam æq; valere, V. G.

De vera Rel. l. 4. c. 10.

'*Quis eum* inquit, *Volkelius*, *quem Deus ſolio ſua dignatus eſt*, 'cuique *omnia*, præter ſeipſum, ſubjecit, ut Angelos, homineſque, '& omnia alia *ſummo imperio* complectatur, *intimoſque animi noſtri* '*ſenſus* teneat, quique ut Eccleſiæ caput, oviumqua ſuarum paſtor, 'ſalutis noſtræ diligentiſſimam procurationem habet, & ut dum 'vivimus hic, *omnibus ſpiritualibus donis* nos locupletat, ita tan-'dem æterna felicitate donaturus ſit, ſibi vero patrique ſuo inobe-'dientes ſempiterno ſupplicio Ulturus ſit, quis inquam hunc *di-'vino honore* digniſſimum non exiſtimet ideoque ſanctiſſimo cultu 'non afficiat? Quis inquam ego, Chriſtum ad Dei iſtius, qui *Gloriam ſuam alteri non dabit*, ſolium evectum; Quis eum ſummo patris imperio gaudentem? Quis intimos animi ſenſus, quos *ſolus Deus novit*, tenentem? Quis largitorem omnium donorum, *quæ à Patre luminum deſcendunt*? Quis *vitam* in *ſeipſo habentem*, uti in ſe Pater habet, omneſque à morte ad vitam voce ſua evocantem, quod Deo ſuſcitanti mortuos, eſt proprium, & poteſtatis omnimodo divinæ certum indicium, quis inquam hunc Chriſtum divina eſſentia præditum, verumque adeo Deum non eſſe exiſtimet?

Joh. 5. 26, 28.

Secundo, Chriſtum adorandum eſſe probat *Volkelius* quoniam *Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne Genu flectatur cœleſtium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quod Dominus Jeſus Chriſtus eſt in Gloriam Dei Patris.* Qui autem ſic loquitur, & jurat, *Reſpicite ad me & ſalvi eritis omnes fines terræ, quia Ego Deus & non eſt alius, per memetipſum juravi, quod mihi curvabitur omne Genu, & jurabit omnis lingua*, eum eſſe Deum verum, divina eſſentia præditum nemo ambigere poteſt. Nec minus certum eſt eum, qui dicit, *mihi curvabitur omne Genu*, per pronomen *mihi* ſeipſum ſignificare, non alium à ſe tota eſſentia, totoque genere diverſum, nondumque exiſtentem. *

2 Phil 9. 10, 11.

* Vid. hoc Arg. apud Juſtin. M. Apol. 2. p. 87. Iræn. l. 1. c. 2. neque enim ſi non & Deus eſſet Chriſtus, omne ſe in nomine ejus Genu flectere. Novat.

Quis

Quis autem eundem esse Christum negaverit, cum audit *Apostolum* probantem, quod *omnes stabimus ante tribunal Christi, quia scriptum est vivo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne Genu &c.* Nisi qui *Apostoli* rationem infirmam judicaverit? Nec enim sequitur curvabitur Deo omne Genu, ergo stabimus omnes ante tribunal Christi, nisi Christus, sit Deus. Rom. 14. 10, 11.

Nec obstat quod *judicabit Deus mundum per hominem, quem è mortuis suscitavit;* aut quod *in nomine Jesu omne Genu flectatur in Gloriam Dei Patris*, cum in Christo homine Deus præsens futurus sit, Christus tunc veniet in Gloria sua, & Patris, atque adeo in Majestate Christi elucebit Majestas Patris, & quicquid ibi Christus egerit, per essentiam Patris in homine Christo habitantem. Act. 17. 31.

aget, quod quidem minuere videtur *Apostolus* verbis sequentibus, ergo *unusquisque nostrum rationem pro se reddet Deo;* certum enim est nos omnes immediate rationem reddituros esse Christo, ei nimirum ante cujus tribunal *oportet nos omnes manifestari, ei qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, ei, qui tunc sedebit super sedem Majestatis suæ*, justos ob charitatis opera laudans, injustos ob malefacta corripiens, ei denique, *per quem Deus judicabit occulta hominum*: Unde ejusmodi Argumentum se offert, ille, cui unusquisque nostram rationem pro se reddet, est Deus, rationem enim reddet Deo, Christus est ille cui unusquisque nostrum rationem pro se reddet. Christus igitur est Deus. Mar. 25. 31. 2 Rom. 45. 10. Psl. 97. 8. Jos. 3. 11. Zach. 4. 14

Tertio, Christum adorandum esse probat *Volkelius*, quia scriptum est *adorent eum omnes Angeli.* Christum esse Deum ex iisdem verbis probamus ad hunc modum. *Is, quem jubentur adorare omnes Angeli, est Deus:* Appellatur enim à *Psalmista*, cujus hæc sunt verba, *Dominus universæ terræ, Altissimus super omnem terram, quibus elogiis passim ornatur Deus Israelis.* 6. 5. Mich. 4 13 Psl. 83. *ult.*

Christus est is, quem jubentur omnes Angeli adorare; quæro enim quem significat pronomen *eum*, quem jubentur adorare Angeli, An alium à *Psalmista*, alium ab *Apostolo* intelligi velint? vel eundem utrobique? eundem si dixeris, Christum esse *dominum universæ terræ Altissimumque super omnem terram* fateare necesse est, alium si agnoveris, *Apostolum* Arguis hæc applicantem Dei *primogenito*, maleque arguentem inducis, cum, quod de uno dictum fuerit, Alteri applicat, sive de eo, de quo non dictum erat, exponit. Nonne *Apostolus* citat hunc locum, ut probet Christum ab omnibus Angelis Adorandum esse? ad quod probandum nihil prorsus valet, si in eo, de Christo non agitur, sed de Deo tota essentia diverso à Christo. Apoc 5. 12

Deni-

Denique Chriſtum Adorandum eſſe probat *Volkelius* ex his verbis, quod *omnis creatura, quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari ſedenti in throno, & Agno benedictionem, honorem, Gloriam & poteſtatem in Secula Seculorum tribuebant*: Ubi obſervandum,

Primo, Agnum hunc extra creaturarum ſortem poſitum eſſe, ei enim cultum tribuit omnis creatura in cœlo.

Secundo, Notandum Agno ſpeciatim adſcribi verſu 12mo quod *Agno*, & *ſedenti in throno* conjunctim tribuitur verſu 13mo, quod indicat Agnum ejuſdem dignitatis cum eo eſſe, idem utriuſque eſt thronus, iidem cultores, & miniſtri, eadem Gloria, & poteſtas, idem honor, cur non & eadem utriuſque eſſentia?

Apoc. 4. 11. Tertio, Notandum rationem hujus Gloriæ, & honoris Domino Deo adſcripti capite priore hanc eſſe, *quia tu creaſti omnia*, cum ergo eadem Gloria, idem honor hic Agno tribuitur, ratio ejuſdem compar eſſe debeat.

Diu in prima Argumentorum claſſe occupati ſumus; ut eam igitur nondum exhauſtam quidem, ne tædio lectori fuerim, miſſam faciam, ſecundam jam Aggredimur, quam ſyllogiſmo hoc exhibemus.

Qui opera Deo ſoli propria, nec aliter quam per eſſentiæ divinæ ἐνοίκησιν, ſive unionem peragenda præſtitit, præſtat, & præſtabit, is eſt Divina eſſentia præditus, adeoque Deus;

Chriſtus autem opera Deo ſoli propria, nec aliter, quam per eſſentiæ divinæ ἐνοίκησιν, ſive unionem peragenda, inſita virtute præſtitit, præſtat, & præſtabat.

Chriſtus igitur eſt Divina eſſentia præditus,

Præſtitit quidem mundum creando; Prophetas inſpirando &c.

Præſtat *portans omnia verbo virtutis ſuæ*, imperium omne in cœlo & terris exercens,

Præſtabit mundum judicando, homines è Sepulchris omnes ſuſcitando, Orbis mundani interitum, & mutationem cauſando.

Act. 2. 12 Act. 15. 4. 12. Vi inquam inſita, ſive per plenitudinem Divinitatis in homine Chriſto habitantis; mira quidem, & opera Deo propria peragebant *Apoſtoli*, hæc vero inquiunt illi, *non noſtra virtute, aut poteſtate facta ſunt*, non nos fecimus. Sed Deus *per nos*, Deus nobiſcum, non *in nobis* non pro imperio noſtro, ſed pro ratione fidei, & orationum noſtrarum.

Sect. XI. A creatione mundi incipimus, utpote quæ invictum Deitatis Chriſti Argumentum exhibeat ipſiſſimis Scripturæ verbis conceptum, nempe *qui omnia fecit Deus eſt* Hebr. 3. 4.

Om-

Omnia per Chriſtum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quòd factum eſt. 1. Joh. 3. Chriſtus igitur eſt Deus.

Majorem agnoſcunt *Sociniani* magnopere contendentes creationem proprie ſic dictam eſſe Dei ſolius opus, nec creaturæ communicari poſſe; idque Scripturis, ratione, ætatum omnium traditione ſuffragantibus. Hoc enim Deus *Iſraelis* tanquam peculiare ſibi continuo vendicat, quod mundum, omniaque quæ in eo ſunt [a] verbo, [b] potentia, [c] ſapientia ſua fecerit, quod omnia, quæ in cœlis & terra fuerint, ſint [d] opera manuum ſuarum; hoc ex *Scripturis* edocti ſumus, quod Deus eſt mundi totius cauſa [e] efficiens, quod [f] unus ſit Deus, qui omnia, quæ in eo ſunt, fecit, & creavit, quod mundus ſuum [g] Solius opus fuerit, quod ab hoc opere Deus [h] denominatur, & [i] Dominus univerſæ terræ, qui [k] jus habet ſuper omnia, quæ ſunt in cœlis, & in terra; quod per hoc opus à diis falſis, ſive [l] Idolis diſtinguitur; à diis qui [m] peribunt de terra, quod in eum tanquam finem ultimum omnia [n] ordinantur, quod ei propterea in ſolidum [o] *omnis bonor, gloria, cultus*, obſequium debetur ab omnibus creaturis. Eſt ergo unus idemque Deus, qui hæc omnia fecit; qui ſolus cœlum, & terram fecit, & omnia, quæ in iis ſunt, ſolus expandit cœlos potentia non aliena, ſed ſua, manibus ſuis, ſapientia ſua, verbo ſuo, is nempe qui eſt Dominus univerſæ terræ, Altiſſimus ſuper omnem terram; in quem ſunt omnia, & in cujus voluntatem ſunt creata, cuique ſoli eo nomine gloria, honor, virtus, timor, adoratio ab omnibus debetur. Cui hæc omnia non conveniunt, is non pro Deo vero, ſed Idolo, non pro Deo in terris, & cœlis ſummo honore, & divino obſequio proſequendo, ſed pro falſo, & commentitio Deo è terris, & de ſub cœlis perituro.

Fac jam cum *Arianis* Chriſtum creaturam tantummodo eſſe, adeoque patris ὄργανον tantum, & inſtrumentum in mundo hoc creando, quis non vidit quam improprie, & κατα χρηστικῶς, nec ſine in-

(a) Verbo Dei. Pſ. 33. 6, 9. Pſ. 148. 5. Hcb. 11. 3. 2. Pet. 3. 5. (b) Potentia Dei. Jer. 10. 12. 27. 5. 51. 15. (c) Sapientia. Pſ. 104. 24. 136. 5. Pro. 3. 19. Jer. 10. 12. 51. 15. (d) Opera manuum ſuarum. Pſ. 8. 3, 6. 19. 1. 102, 25. Eſ. 48. 13. Act. 7. 50. (e) Cauſa efficiens. Ex. 20. 11. 31. 17. 2. Chron. 2. 12. Pſ. 100. 3. 115. 15. Eſ. 45. 12. 66. 2. Zach. 12. 1. Mar. 13. 19. Act. 4. 24. (f) Unus Deus hæc omnia fecit. Mal. 2. 10. 1. Cor. 8. 6. (g) Solus Deus. 2. Reg. 19. 15, 19. Neh. 9. 5, 6. Job. 9. 8. Eſ. 37. 16. (h) Pſ. 102. 26. Eſ. 40 26. 42. 5. Act. 14. 15. Act. 17. 24. Hcb. 1. 10. Apoc. 10. 16. (i) Dominus univerſæ terræ. Pſ. 83. 18. 97. 5, 9. (k) Jus in omnia. 1. Paralip. 19. 11, 16. Pſ. 24. 1. 89. 11. 115. 16. (l) Ad Idolis. Pſal. 96. 5. (m) A diis, qui perituri ſunt de terra. Jer. 10. 11. (n) In finem ultimum. Rom. 11. 36. 1 Cor. 8. 6. Apoc. 4. 11. (o) Omnis honor &c. Pſal. 97. 7. 100. 2, 3. Act. 14. 14. Apoc. 4. 11. Apoc. 14. 7.

 genti

genti erroris periculo de Chriſto dicatur, *Omnia per ipſum facta ſunt, mundus per ipſum factus eſt, in ipſo condita ſunt univerſa in cœlis, & in terra, viſibilia, ſive inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſum creata ſunt.* Et denique ipſiſſimis *Vet. teſtamenti* verbis, *& tu in principio Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli;* Sin autem juxta *Scripturæ* S. tenorem dixeris Chriſtum eſſe θεῦ δύναμιν καὶ θεῦ σοφίαν, verbum quod Deus eſt, & quo Deus mundum fecit, ſi cum Antiquiſimis *Patribus* id fundamenti loco jeceris Chriſtum eſſe σοφίαν, δύναμιν, λόγον τῦ ἀῤῥήτε παθῶς, *viz.* λογὸν ἐνδιάθετον, *viz.* Verbum internum, quo Deus Pater intelligens, ſapientia, qua ſapiens, potentia, qua potens fuerit; ſi per manus Dei cum iiſdem intellexeris, *filium & ſpiritum ſanctum*, i. e. Virtutem & ſapientiam ejus, tunc videbis dextre, & accommodate hæc omnia dici, & amice cum Scripturis omnia convenire. Tunc ſane cum *Irenæo* dicas, *Solus hic Deus invenitur, qui omnia fecit, ſolus omnipotens, & ſolus pater, condens, & faciens omnia, & viſibilia, & inviſibilia, & ſenſibilia, & inſenſata, & cœleſtia, & terrena verbo virtutis ſuæ. Solus unus Deus Fabricator, hic eſt, qui ſuper omnem principalitatem, & virtutem, & dominationem; hic pater, hic deus, hic conditor, hic factor, hic fabricator, qui fecit ea per ſemetipſum, hoc eſt per verbum, & ſapientiam ſuam, cœlum, & terram, & Maria, & omnia, quæ in eis ſunt.*

Secundo, Cum Chriſtum creaturam *Ariani* mundi conditorem ita eſſe dicant, ut per eum tanquam ὑπηρετῶ, διάκονον, ὄργανον θεῦ, miniſtrum, & organum Dei Patris mundum creatum eſſe velint, quæro quo ſenſu hæc intelligunt, num Chriſtum virtute creata hunc mundum produxiſſe exiſtimant? At nulla virtus creata poteſt eſſe virtus Dei, & quod à virtute creata tantum producitur, non magis à Deo produci dicendum eſt, quam ſi ab *Angelis* mundus creatus eſſet juxta *Baſilidis, Marcionis, Valentini*, & aliorum *Gnoſticorum* deliria, à Deo etiam creari eſſet dicendus. Certe illud *Cyrilli* cum obviis humani generis placitis conſpirare videtur, quod *divina, & dominatrix natura eo nomine dignoſcitur, quod faciendi & creandi vim habet, ſerva autem & creata natura, eo quod facta ſit.* Vel per hunc miniſtrum, hoc organon intelligunt perſonam virtute, poteſtate, ſapientia vere Divina, totaque adeo divinitatis plenitudine præditam, & tunc nobiſcum conſentiant neceſſe eſt, agnoſcendo divinam hanc virtutem, poteſtatem, ſapientiam, verbo ineſſe, vel duas perſonas omnipotentia, omniſcientia, totaque adeo, divinitate præditas agnoſcere debent; ſed quicquid ipſi ſtatuerint, ſciant

ſciant, nos Deum omnia per Chriſtum creaſſe dicere, quatenus Deus Pater in filio eſt, & omnia patris ſunt etiam Chriſti per plenitudinem divinitatis in eo habitantis.

Tertio, *Ariana* locorum, quæ omnia per Chriſtum creari aſſerunt, explicatio, cum eorum ſenſu, & circumſtantiis non convenit. Nam apud *Evangeliſtam* is, qui fecit omnia Deus dicitur, quæ vox eum ex creaturarum numero eximit. Secundo, Omnia quæ facta ſunt, per ipſum facta eſſe dicit, non ergo ipſe ὅλως inter facta numerandus eſt. Tertio, Per eum creata ſunt omnia τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς hoc autem in utroque fœdere divinitatis proprium indicium eſt: Eſt enim Deus vivens, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ *qui creavit cœlum & quæ in eo ſunt, & terram & ea quæ in ea ſunt.* Porro hæc omnia facta ſunt non per ipſum tantummodo, ſed εἰς αὐτὸν *in ipſum*, creaturæ autem & inſtrumenti gratia non ſunt facta, ſed cauſæ principalis ergo; Immo ita abs eo omnia ſunt facta, ut *opera manuum ſuarum* dicantur, ut *portet omnia, quæ fecit, verbo virtutis ſuæ*, & per eundem *omnia conſiſtant.*

Col. 1. 16. Rev. 10. 6. Act 4. 24. 14. 15. 17. 24. Ex. 20. 11. Neh. 9. 6. Eſa. 42. 5. Pſa. 146. Rom. 11. 36. 1 Cor. 8. 6. Ap. 4. 11. Heb. 3. 10. Col. 1. 17.

Denique hæc erat perpetua Eccleſiæ univerſalis fides, hic *Symboli Chriſtiani* primus Articulus, ab iis omnibus laudatus, *primum omnium crede quod unus eſt Deus qui omnia creavit, & conſummavit, & ex nihilo omnia fecit*, hanc eſſe Eccleſiæ univerſalis fidem ab *Apoſtolis* acceptam tradit *Iræneus*, nempe ἡ οὕτως ἓν θεὸν πατέρα παντοκράτορα τὸν ποιητικὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν θαλάσσων, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, *fides in unum Deum Patrem omnipotentem qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt*; & tamen in eodem capite dicit eandem Eccleſiam Chriſtum Jeſum *non tantum dominum, ſed etiam Deum* prædicaſſe. Firma igitur maneat propoſitio. Nempe eum qui omnia fecit Deum eſſe.

Mand. 1. Irer. l. 4. c. 37. Orig. de Princip. l. 1. c. 3. l. 2. c. 1. Euſeb. Eccl. Hiſt. l. 5. cap. 8. Irær. l. 1. c. 2.

Sect. XII. Omnia per Chriſtum facta & creata eſſe tam clarum eſt ex *Scripturis*, ut ſolis radio id ſcriptum videatur, id liquet

Primo, Ex his *Divi Johannis* verbis *omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. In mundo erat & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit.* Ubi notandum primo per verbum à quo *omnia facta ſunt* intelligendum eſſe *Jeſum Chriſtum*, omnia enim facta eſſe dicit *Apoſtolus* per verbum *quod erat in principio apud Deum*, de verbo autem iſto dicit quod *caro factum eſt*, & *habitavit in nobis*, & *vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre.* Notandum ſecundo *Socinianorum* commentum hoc eſſe, *omnia nempe à verbo hoc facta eſſe ad Evangelium, atque adeo ad novam creaturam*

1 Joh. 1. 1. V. 1, 2, 3. V. 14.

pertinentia, ſed primo certum eſt commentum hoc eſſe plane novum, & ante *Socinum*, quod ſciam, non auditum; etenim non tantum *Patres Orthodoxi*, ad unum omnes, ſed etiam *Ariani* de vera & propria mundi totius creatione hunc locum continuo interpretabantur, cui autem veriſimile cenſebitur Eccleſiam univerſam ἀπαρχῆς in re tam magni momenti continuo, nec ſine grandi periculo erraſſe! Secundo, Ex Scriptis Antiquiſſimorum *Judæorum* abunde liquet eos de Chriſto λόγῳ, & ſapientia idem ſenſiſſe, eumque δεύτερον θεὸν mundique Creatorem pronuntiaſſe. In Authore libri *Sapientiæ* invenimus σοφίαν *ſapientiam eſſe* πάντων τεχνίτιν *omnium Artificem*, atque *in ea eſſe* πνεῦμα παντοδύναμον *Spiritum omnipotentem*, immo ibi non tantum legimus omnipotentem Dei manum creaſſe mundum, ſed etiam παντοδύναμον θεοῦ λόγον *omnipotens Dei verbum*, *è Cœlis in terram proſiluiſſe*, à Filio *Sirachi* diſcimus quod ἐν λόγῳ αὐτοῦ σύγκλεισε πάντα *verbo ejus compoſita ſunt omnia Philo Judæus* ſæpius inducit ὁ θεῖος λόγος ταῦτα διακοσμήσαντα *divinum verbum hæc omnia adornantem, mundumque viſibilem nihil aliud eſſe dicit* ἢ θεοῦ λόγον ἤδη κοσμοποιοῦντος *quam verbum Dei jam mundum condentis. Videamus* inquit *Euſebius Hebræorum placita, poſt principio expertem ortuque carentem Dei totius univerſi naturam, ab omni permixtione ſejunctam, & omni comprehenſione majorem, naturam alteram vimque divinam conſtituunt quæ eorum omnium quæ gignuntur principium ſit, ante cæteras omnes extiterit, ab eodemque primo principio genita ſit, quam ipſi verbum, ſapientiam, Deique virtutem appellare ſolent*, cumque hoc multis ex veteri teſtamento probaverat, hæc addit, *unde & Evangelica doctrina Propheticam illam inſtaurans, Patriamque ſententiam idem Theologiæ Genus hunc in modum illuſtrat, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum*, quod quidem valde probabile apparebit conſideranti quam exacte conveniunt eorum ſententiæ cum iis quæ hic τῷ λόγῳ adſcribit *Evangeliſta in principio erat verbum*, inquit *Johannes. Dominus creavit me* inquit Sapientia apud *Solomonem, principium viarum ſuarum in opera ejus præ ſeculo fundavit me*, ἐν ἀρχῇ *in principio antequam terra facta eſt*

Sap. 7. 22, 23. παντοδύναμος σε χεις C. 1. 17. C. 18. 15. de opificio mundi p. 4. D. p. 5. B.

Μετὰ τὸν ἀναρχὸν καὶ ἀγένητον τοῦ θεοῦ ὄντων οὐσίαν ἄμικτον οὖσαν, καὶ ἐπίκτητα πάσης καταλήψεως, δευτέραν οὐσίαν καὶ θείαν δύναμιν ἀρχικὴν τῶν γενητῶν ἁπάντων φῶτος τε ὑποστᾶσαν, καὶ τῷ φωτὶ αὐτῷ γεγεννημένην ἀποφαίνουσι λόγον, καὶ σοφίαν, καὶ θεοῦ δύναμιν αὐτὸν προσαγορεύοντες. Ἔνθεν καὶ ἡ εὐαγγελικὴ διδασκαλία τὸ προφητικὸν καὶ πάτριον ἀνανεουμένη δόγμα ταύτῃ πη διαφαίνει τὸν θεολογίαν ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. καὶ παράπαν.

Prov. 8. 22. 23.

ἐστι πρὸ τῆς αἰῶνος ἀπ' ἀρχῆς ἔκτισέ με *ante ſecula ab initio creavit me*, inquit Filius, *Sirachi*, λόγον ſuum *Philo Judæus* τῷ κόσμῳ πρεσβύτερον ἅπαντα ὅσα γέγονε, *mundo & omnibus quæ facta ſunt Antiquiorem* pronuntiat. Eccluſ. 24. 9.

Erat verbum in principio apud Deum inquit, *Evangeliſta*, *eram cum ipſo*, inquit ſapientia, ἡτοίμαζε τὸν θεαν συμπαρὴν μὲν αὐτῷ *cum cœlum paravit ei præſens adfui* μετ' αὐτοῦ *tecum erat ſapientia cognoſcens opera tua*, καὶ παροῦσα ὅτε ἐποίεις τὸν κόσμον *& præſens cum mundum feceris*, *erat eum eo in ſecula* inquit Filius *Sirachi*. Alleg. l. 2. p. 93. Pro. 8. 27, 30. Sap. 9. 9.

Et *Deus erat verbum*, dicente *Evangeliſta*, plane ad mentem *Philonis* qui *primo Patrem omnium* recenſet, deinde Δεύτερον θεὸν ὃς ἐστιν ἐκείνου λόγον *alterum Deum qui eſt ejus verbum*, *& teſte Hieronymo* קול שדי interpretabuntur *Septuaginta* φάνη τὸ λόγος vocem verbi. 1. Eccluſ. c. 4. 5, 9. Quæſt. & Solut. Com. in Ezek. l. 24.

Omnia per ipſum facta ſunt juxta *Evangeliſtam*. eadem dicunt ut vidimus, liber *Sapientiæ*, Filius *Sirachi*, *Philo*. *Manus mea fundavit terram* inquit Deus apud Eſaiam בקיקרי, *verbo meo fundavi terram* inquit *Chaldæus Paraphraſta*, quis hanc harmoniam, hanc ſenſus, & verborum συμφωνίαν conſpiciens, non exiſtimet *Johannem* cum *Judæis* ſuis colloquutum eſſe juxta eorum placita & juxta conceptus qui inter eos obtinuerant, nec aliter loqui potuiſſe, niſi errandi occaſionem iis miniſtrare voluerit. Porro, Eſ. 48. 13.

'per hanc interpretationem faciunt Evangeliſtam ambiguitates au- plac. Teol.
'cupantem ſummamque obſcuritatem affectantem, id quod Hiſto- diſp. 27.
'ricum minime decet. Deinde ambiguitates cogitant ubi ne ea- p. 305.
'rum quidem ulla umbra apparet, id quod interpretes non decet,
'per mundum enim in quo erat Chriſtus mundum terrenum in-
'telligat neceſſe eſt, per mundum ab ipſo factum homines tantum
'renovatos, per mundum qui eum non cognovit homines tantum
'irregenitos cum tamen nullum homonymiæ hujus in textu indi-
'cium occurrit, ubique enim eſt ὁ κόσμος cum Articulo, & ſine E-
'pitheto: Denique quis credat Apoſtolum ludere voluiſſe ejuſmodi
'æquivocationibus in ipſo initio hiſtoriæ tam ſacræ cum maximo
'& certiſſimo lectorum ſuorum fere omnium periculo.

Sect. XIII. Quod adhuc clarius eluceſcet ex *Socinianorum* Strophis refutatis, qui cum totis viribus contendere ſolent Chriſtum non prius extitiſſe quam in B. Virginis utero conciperetur, adeoque nec prius cum Deo eſſe potuiſſe, ne integra eorum hypotheſis rueret, & per hæc *D. Johannis* verba confanderetur, Egregium hoc, & inauditum antea commentum nobis obtrudunt, nempe Chriſtum, quo munus ſuum *Propheticum* felicius obiret in cœlos

corpore

corpore ſublatum eſſe, ut ibi divinitus inſtructus, ea audiret, diſceretque quæ Dei nomine juſſuque orbi eſſet expoſiturus: hunc Chriſti in cœlos raptum, atque ab iis deſcenſum anno ætatis ſuæ triceſimo peractum volunt, eo nempe quo *Propheticum* illud munus incæpit, & quo *Sacerdotis* officio fungi inter *Judæos* ſolenne erat; fateor rem eſſe primo aſpectu adeo Ridiculum, & fabulæ ſimilem, Scripturæ teſtimoniis adeo plane deſtitutum, ut ſupervacaneum, & & otio abutentis hominis eſſe videatur eam operoſius refutare, cum vero exploſo hoc commento, ne dicam delirio, ruat integra *Socini* ſtructura neceſſe ſit, dabo operam eam diligentius refutare.

Et Primo, Quis credat tanti momenti materiam ab *Evangeliſtarum* nullo ſcriptis expreſſius, ſi hæc res ita geſta eſſet, mandandam non fuiſſe? Chriſti jejunium, tentationem circa hæc tempora factam, Baptiſmum quo ad munus *Propheticum* inauguratus fuit, Deſcenſum Spiritus Sancti ſub ſpecie columbæ, quo ad idem officium ſanctificatus fuit, & conſecratus, juſtis hiſtoriis proſequuntur, hoc ergo tanti momenti, & ponderis negotium, & *Prophetici* muneris Chriſti fundamentum, qui fit, ut vel ſilentio omnino preſſerint, vel ſaltem de eo obiter tantum, & adeo cryptice locuti ſint, ut nihil de eo certi, vel lynceus oculus in ſcriptis ſuis conſpiciat.

De vera Rel. l. 3. c. 5. p. 45. Pag. 46. Agnoſcit *Volkelius hunc Chriſti in cœlos aſcenſum plurimum, ipſius officio dignitatis adjunxiſſe*, immo tanquam ad rem magnopere mirandam exclamat, *Quantam tandem Dei in Chriſtum charitatem tunc extitiſſe, & ideo quantam ad hujus Prophetæ dignitatem acceſſionem factam eſſe putabimus, cum illum in cœlum aſſumeret & ſeipſum ei videndum præberet, omniaque ad tantum munus exequendum neceſſaria coram oſtenderet.* Huic ergo aſcenſioni debetur quod Chriſtus ad plenam divinæ voluntatis notitiam pervenit, eaque omnia quæ docere debuit, à *Patre* audierit, adeo ut ad cœleſtem doctrinæ Chriſti originem, & authoritatem ſtabiliendam, à qua tota Religio, & ſalus noſtra pendet, vix aliquid ſcitu magis neceſſarium dici poſſit, ut ſi quid aliud hoc ſaltem præteriri & diſſimulari, nec obſcure tautummodo inſinuari minime debuerit; qui ergo Chriſtum à Diabolo in montem excelſum aſſumptum, & ſuper pinnaculum Templi poſitum fuiſſe ſcriptis ſuis declararuut, cur nihil de ejuſdem in cœlos raptu dicendum habuerunt? Jeſum *à Spiritu Sancto ductum eſſe in deſertum ut tentaretur à Diabolo*, eum ibi *cum beſtiis fuiſſe*, *Angelos ei miniſtraſſe* diſertim commemorant tres *Evangeliſtæ*, eodem tempore Chriſtum in cœlos aſcendiſſe *Socinianorum* aliqui exiſtimant, *quemadmodum enim Moſes*, inquiunt, *tot dies & noctes abſque cibo etiam à Deo conſervatus fuerat*

fuerat antequam legem per eum daret, ſic credibile eſt Dominum Jeſum illo cibo cœleſti qui eſt commercium, & conſpectus Dei, ita fuiſſe recreatum, ut nullo naturali alimento per totum illud tempus opus haberet, qui fit igitur ut de Chriſto in deſertum ducto, & cum beſtiis agente qui hæc enarrant, de ejuſdem in cœlos raptu, & cum Deo commercio nihil prorſus dixerint? Immo cur ea dixerunt quæ cum hoc novo figmento conſiſtere non poſſunt, nempe quod *erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus*, quod *diebus quadraginta tentabatur à Diabolo*, quæ quidem cum *Socinianorum* hypotheſi conſiſtere haud aliter queunt, quam cœlum in deſertum commutando, & Diabolum in cœlos cum Chriſto evehendo. Porro quid factum cum *Moyſe* fuerit antequam lex divina ipſius miniſterio promulgaretur, Hiſtoria diſertim, nec ſemel commemorat, docendo eum in ſummitatem montis, Dei juſſu, conſcendiſſe, eoque vocatum à Deo fuiſſe, ut *tabulas fœderis, legem, & mandata* à Dei ipſius manibus acciperet, eumque ibi *manſiſſe per quadraginta Dies*, ſciebantque omnes *Judæi*, cum *Moyſe* locutum eſſe Deum; totumque hoc factum fuiſſe monet Spiritus Sanctus, ut *populus audiret, Moyſique continuo fidem adhiberet*, cum ergo nihil horum in Chriſti conficta aſcenſione contigerit, cum nihil omnino in *Evangelica Hiſtoria* de Chriſto in cœlos per Deum accerſito, de fœdere ibidem ei tradito, de ejuſdem in cœlis mora, uſpiam occurrerit, cum neq; *Judæis*, neque *diſcipulis* Chriſti innotuerit licet ad fidem ejus dictis faciendam haud minus neceſſarium, rem ſane factam minime fuiſſe perſuaſum habere nos decet.

Smalcius Lib. de Divin. Chriſti. cap. 4.

Mar. 1. 13. Luc. 4. 2.

Ex. 19. 20. Ex. 24. per to ũ. Deut. 9. 9.

Joh. 5. 29.

Ex. 19. 9.

Porro Chriſti Nativitas, Circumciſio, oblatio in Templo, receptio per *Simeonem*, adoratio per *Magos*, Deſcenſus in *Ægyptum*, ejuſdem colloquium cum muliere *Samaritica*, multiſque aliis; itinera varia in terris, exigui res ſane momenti, ſi cum hoc raptu comparentur, plenis Hiſtoriis, prout in iſtis fieri ſolet, expoſita ſunt, hæc ipſius oblatio in Templo Cœleſti, hoc iter in cœlos, hoc cum Deo commercium, ad fidem Chriſto faciendam, ad ejus Evangelium debito honore proſequendum tam efficax, & pæne neceſſarium, ne verbulo quidem memoratum eſſe, quis ſatis mirari valeat? Cum id eo magis neceſſarium fuiſſe videatur quo magis conſtaret, juxta eorum placita, Chriſtum Deum non fuiſſe, ut, eo non obſtante, certo conſtaret bene inſtructum in tradenda doctrina, & fidelem ejus fuiſſe interpretem, eſt enim ex *Schlictingio* probe notandum. *Argumenta ex negato Scripturæ teſtimonio tunc duci poſſe cum agitur de rebus haud exigui momenti, quæque tam inſignes ſint, ut veriſimile non ſit eas Spiritum Sanctum prætermiſſurum fuiſſe, quippe*

In Epiſt. ad Heb. c. 1. v. 5.

quippe quarum notitia multum lucis afferre, noſque in divina voluntate aut Majeſtate cognoſcenda, haud parum juvare poſſit.

Denique Chriſti transfiguratio, licet à tribus Apoſtolis tantum extaſin pœne patientibus viſa eſſet, ejuſdem reſurrectio, atque in cœlo aſcenſio, Chriſtianorum licet teſtimoniis tantum firmatæ fuerint, non tantum in *Evangelica Hiſtoria* exſtant, ſed ea ſunt quæ appellant *Apoſtoli* tanquam Chriſtianæ fidei fulcra & fundamenta, *ſpeculatores facti ſumus*, inquit *Petrus illius magnitudinis*, i. e.
2 Pet. 1. 16, 17. Majeſtatis Chriſti in monte *Thabor* inſpectores fuimus, *vocem de cœlo allatam audivimus, hic eſt filius meus dilectus in quo complacui*, cum tamen firmius haud dubie teſtimonium Domini Chriſti doctrinæ præbuiſſet ejuſdem in cœlos aſcenſus, & cum Deo commercium; Reſurrectionis veritatem teſtibus productis confirmat *Paulus*, aſcenſus Chriſti veritatem *Lucas*, cur nunquam objectam *Evangelio* novitatem, & ſtultitiam, confundunt, & Blaſphemantium Os hoc Argumento opprimant, quod Chriſtus in cœlum raptus, & cum Deo O. M. per quartos dies commercium habens doctrinam ſuam ibi didicerit, indeque in terras adduxerit, hoc *D. Paulus in Apoſtolatus* ſui honorem ſæpius inculcat, *neque ab hominibus,*
Gal. 1. 1. *neque per hominem ſed per Jeſum Chriſtum, & Deum patrem ſe* edoctum fuiſſe, in Chriſti ipſius, (Apoſtoli Circumciſionis) honorem, hoc minime dictum fuiſſe, ſe in cœlos raptum illinc reverſum fuiſſe, ut Dei mandata mundo patefaceret, rem plane ſuſpectam reddit. Hoc enim ſecretum norunt *Apoſtoli*, vel non intelligebant, non noſſe dixeris, quorſum id quæſo reticuiſſet Chriſtus, quod tam vehementer ad perſonam ſuam Majeſtate decorandam, ad officium ſuum confirmandum faciebat; aut unde demum id norunt *Sociniani*, quod Chriſti *Apoſtolos* latebat, cognoviſſe *Apoſtolos* ſi dixeris, cur non & palam, & plena manu enarrabant? Cur in concionibus, *Apologiis*, & *Epiſtolis* id nuſquam indicabant quod impetrandæ fidei, veritati confirmandæ, & ſalvatoris demum Gloriæ conſpicuæ reddendæ, tam luculentam operam præſtabat cum id in reliquis fidei noſtræ articulis haud parca manu factitatum ſit.

Chriſtum à patre exiviſſe, de cœlo & deſuper veniſſe, ſcriptura ſæpius teſtatur, & nos ultro agnoſcimus, verbum enim cum Deo erat in principio priuſquam caro factum eſt, & habitavit in nobis, an vero natura humana, Chriſtique corpus ex virgine natum localiter poſtea in cœlos aſcenderit ante Chriſti mortem, id eſt, de quo dubitamus, hoc autem probant *Sociniani*.

Ob. 1. Primo, Quoniam de filio hominis affirmatur, quod ἀναβέβηκεν aſcen-

aſcendit (tempore preterito) *in cœlum*, illuc igitur aſcenderat, antequam hæc verba proferat.

Cum filius hominis, qui hic in cœlos aſcendere & de cœlo deſcendere dicitur, ſit etiam ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ, *in cœlo*, cum hæc locutus fuerit *exiſtens*, certum eſt eum hic de ſeipſo loqui, non qua fuit filius hominis, ſed qua verbum Dei cum Patre exiſtens, vel quatenus unigenitus filius ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς *in ſinu Patris exiſtens*. Sic *Dominus Gloriæ crucifixus erat*, Sed non qua Dominus Gloriæ, Sic *Deus Eccleſiam ſanguine proprio acquiſivit*, ſed non qua Deus, ſecundo, cum negat *Apoſtolus* Chriſtum localiter in altum aſcendiſſe, niſi poſt ejus deſcenſum primum *in partes inferiores terræ*, Conſtat Chriſtum in cœlos localiter, & corporaliter non aſcendiſſe, antequam mortem pro nobis paſſus fuerit. Tertio genuinum horum verborum ſenſum exhibet ipſe *Wolzogenius*, dicens, *aſcendere in cœlum hoc loco ſignificare arcana atque myſteria cæleſtia ſcrutari, & noſſe, juxta hæc Agaris verba, quis aſcendit in cœlum & deſcendit*, i. e. *quis poteſt in cœlum aſcendere, ut ibi divinam ediſcat ſapientiam, & poſtea inde redire, & deſcendere, ut eam homines edoceat, & de rebus quæ nobis proxima, & comprehenſu facilia ſunt, dicitur ea non eſſe in cœlo, ut quis aſcendat illuc indeque ea reportet. Ita ut ſenſus hujus verſiculi ſit, nemo ſcit atque intelligit cæleſtia præter eum quem Deus dedit hominibus doctorem ac magiſtrum, ideoque eum perfectiſſima cognitione rerum cæleſtium implevit.*

Resp. Joh. 3. 13. 1 Cor. 2. 8. Act. 20. 28. Eph. 4. 8, 9 τίς ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ καταβῇ Pro. 30. 3. Deut. 30. 11, 12. Rom. 10. 6, 8.

Idem probant ex his Chriſti verbis, *hoc vos ſcandalizat, ſi ergo videritis filium aſcendentem ubi erat prius*, ex quibus concludunt Chriſtum hominem prius in cœlis fuiſſe. Ob. 2. Joh. 6. 61. 62.

Cum animam & corpus ſeorſim ſolemus vocare hominem, cumque una ſit perſona filii hominis, & filii Dei, Non mirum eſt, illud hic tribui Chriſto homini, quod proprie τῷ λόγῳ tantum conveniat, præſertim juxta noſtram hypotheſin, qui huic λόγῳ etiam ante mundi exordium hypoſtaſin quandam, tribuimus, qua apparere Patriarchis ſolebat, & qua ſeipſum formam ſervi ſuſcipiens exinanivit. Cum enim eſſet prius in cœlis cum Patre, appoſite dici potuit aſcendere ubi erat prius. Resp.

Porro quænam erat neceſſitas hujus aſcenſus? an Pater non potuit Chriſto in terris agenti revelare voluntatem ſuam? hoc certe implicat, quod enim in cœlo, id etiam extra cœlum facere potuit, eum id noluiſſe, fruſtra prætenditur, Chriſtus enim Spiritu Sancto unctus, & impletus fuit non in cœlo ſed in terris, ibi Spi-

ritus Sanctus ſpecie columbæ in eum deſcendit, quo plenus reverLuc. 4. 14, ſus eſt à *Jordane*, & virtute ejuſdem ſpiritus *docuit in Synagogis Ju*15. *daicis, & magnificabatur ab omnibus*, per hunc ſpiritum *Sanctifi*Joh. 10. 36. *catus eſt, & in mundum miſſus.* Propter ejuſdem ſpiritus unctioLuc. 4. 18, nem *Evangelizare pauperibus miſit eum Pater, ſanare contritos corde,*
19. *prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos*
Eſ. 61. 1. *in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum*, ea de cauſa verJoh. 3. 34. ba dei loquebatur, *quem enim miſit Deus verba Dei loquitur, non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum* filio ſuo. Hoc ſpiritu ejecit
Act. 10. 38. dæmonia, & miracula præſtabat, *quoniam unxit eum Deus ſpiritu ſancto & virtute.* Erat itaque in terris ad integrum munus *Propheticum* exercendum plene inſtructus.

Contra Chriſti Deitatem ſeu plenitudinem divinæ eſſentiæ in Chriſto habitantem hoc Argumento pugnant *Sociniani*, quod, ea poſita, ratio nulla aſſignari poſſit, cur Chriſtus ſpiritu ſancto un-
Crell. de geretur, *eſt enim*, inquiunt, *divina natura ad omnia Chriſti munera*
uno Deo *obeunda per ſe ſufficiens*, nec ſpiritu ſapientiæ, intellectus, conſilii,
Patre c. 33. fortitudinis, aut ſcientiæ Deus indigere potuit: liceat nobis argumentum retorquere, ſi ante unctionem Chriſti contigiſſet hic raptus, nulla *fuiſſet* unctionis ſequentis neceſſitas, niſi Pater opus ſuum imperfectum reliquiſſet, nec filium in cœlis agentem, plene inſtruxiſſet, nec ſane poſt unctionem hanc opus fuiſſet, ut, quo prophetico huic muneri obeundo inſtructior evaderet, in cœlum raperetur, tunc enim ſpiritu ſapientiæ, conſilii, intellectus, & virtutis, ultra menſuram, unctus fuiſſet, eaque præditus potentia qua deſperatam alias valetudinem, obſtinatos morbos, obſtinatioreſq; Dæmonum catervas vincere poſſet & coercere, quid ergo illi deeſſe potuiſſet ad munus propheticum obeundum, cui ad docendum omnimoda ſapientia, ad miracula edendum virtus à Deo ſumma tradita fuerant?

Quæ cum ita ſint, conſtat verbum cum Patre fuiſſe, à Patre exiviſſe antequam in mundum venerit, aut caro factum fuerit, atque adeo naturam quandam præexiſtentem Chriſto revera conjunctam, & unitam fuiſſe.

Argum. 2. Sect. XIV. Argumentum ſecundum quo Chriſto mundi creatio aſſeritur, exhibent hæc *D. Pauli* ad *Coloſſenſes* verba diſertiſſima. *In ipſo*, i. e. per ipſum, *condita ſunt univerſa in cœlis, & in terra viſibilia, & inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive poteſtates, omnia per ipſum & εἰς αὐτὸν ἔκτισται in ipſum creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſiſtunt.*

Reſp. Socin Reſpondent *Sociniani* locum hunc *de nova creatione, ſeu morum refor-*

reformatione intelligendum esse, Christoque novi status Evangelici exordium hic adscribi.

Recipimus quod agnoscunt, atque inde demonstrative concludi- R.f.
tur locum hunc de Christo intelligendum esse, nempe de eo *in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus* v. 14. de eo *qui est imago Dei invisibilis, & primogenitus omnis creaturæ* v. 15. hoc est de Christo.

Apostolum autem non loqui hic de nova mundi reformatione per Evangelium, sed de vera mundi totius creatione, Res ipsa loquitur, & ante *Socinum* nemo dubitavit.

Primo etenim loquitur de creatione τῶν ὁρατῶν *visibilium mundi*, per visibilia autem, inquit *Crellius* in locum, intelligit *terrestria*, intelligit, inquam ego, mundi partes visibiles, sive secundum *Paulum* alibi, *ea quæ facta sunt*, quæ *ex invisibilibus visibilia facta sunt*, Rom.1 20.
quæ ante hanc καταβολὴν, erant γῆ ἀόρατος, *terra invisibilis*, quæ- Heb.11. 3.
que adeo Reconciliationis a Christo partæ subjecta capacia non Gen. 1. 2.
sunt, quam enim absonum foret, cum *Socinianis* per visibilia intelligere id quod *Apostolus* appellat *Judæum in abscondito, cordisque* Rom.2.29.
circumcisionem, καὶ ἔσω ἄνθρωπον *internum hominem*, cui hæc Renova- Rom.7.22.
tio propria est, sive quod *D. Petrus* vocat *absconditum, cordis ho-* 2Cor.4.16.
minem præsertim cum τὸ ὁρατὸν in sensu priori continuo, in sensu hoc novo nusquam, quod sciam, in *S. Scripturis* reperiatur.

Secundo, Loquitur de creatione omnium *quæ sunt in cœlo & in terra*, nuspiam autem in *Scripturis* talis omnium creatio alicui tribuitur, nisi eidem qui cœlum quoque & terram condiderit, facere autem omnia quæ sunt in iis, sæpe Deo tanquam proprium adscribitur, immo, quod maxime ad veram hujus loci interpretationem observandum est, in iis locis in quibus non solum loquitur de creatione, sed eo nomine alios omnes Deos excludit, & à seipso separat, verbum Dei pro *Jehovah* ponit, *Creavit Deus Hominem*, Gen.1.27.
juxta textum Hebræum, *Creavit verbum Dei Hominem*, juxta Targum Hierosolymitanum. *Ego feci terram, & hominem, & bestias* Jer. 27. 5.
super faciem terræ; Ego per verbum meum feci terram, Targum. *Ego* Es. 45.12.
feci terram, & creavi hominem super eam: Ego per verbum meum feci terram, inquit *Chaldæus paraphrasta. Ego ipse, ego primus, etiam* Es. 48.13.
ego novissimus, & manus mea fundavit terram, etiam in verbo meo fundavi terram. Ita paraphrasis Chaldaica. *Ego Jehova faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus mecum* במימרי Es. 44.24.
תליית שמיא *appendi cœlos in verbo meo, fundavi terram in potentia mea* Chald. Par.

Tertio, Non restringit ullo modo *Apostolus* τὰ omnia, ad ea quæ

ratione prædita ſunt, aut quæ poſt *Chriſti* tempora ſint, ſenſu Metaphorico, creata, nec dicit à *Chriſto* creatos eſſe Angelos in cœlis, & homines in terris, ſed *omnia quæ ſunt in cœlis, & in terris;* qua diſtributione ſolet exprimi quicquid eſt in rerum natura, denique ne quid eximatur ex ulla univerſalitate, emphaticè per duplicem diſtributionem expreſſa, eadem iterum repetit, dicendo, *Omnia per eum, & propter eum creata ſunt;* hæc autem novæ creationi, ſine multiplici reſtrictione applicari nequeant, nec enim, loquente tunc *Apoſtolo*, Omnes fidem habebant, nec mundi pars maxima fidem *Chriſtianam* amplexa eſt, *Judæorum* certe vix pars centeſima Chriſtum agnoſcebat, *Gentium* pars, comparatione ad incredulos habitâ, non magna: Porro creationis Metaphoricæ ante Chriſtiana ſæcula factæ frequens in Scripturis mentio fit, creationis nimirū *Judaicæ*, ſic enim pro populo *Judaico* orat *Pſaltes*, μνήσθητι ταύτης τῆς κτίσεως σου, *Memor eſto hujus creationis tuæ.* Sic orat pro ſeipſo, *Cor novum crea in me, Domine;* hujus autem creationis primogenitus Chriſtus ſecundum Hypotheſin *Socinianorum* eſſe non potuit, utpote qui tunc nondum exiſtebat. Cui autem conſonum videri poteſt ut hic ſenſus verborum *Apoſtolicorum* obtinere debeat, qui integram ejus orationem falſam potius, aut ſuſpectam reddit, quam veritati conſentaneam?

Pſ. 74. 18, 43. Eſ. 43. 1, 7. 21. Ezek. 30. 28. Pſ. 51. 19.

To. 1. Diſſ. 2. 9. 19.

'Poterat, inquit *Placæus*, Apoſtolus Chriſtum vocando primogenitum omnis creaturæ addere novæ, poterat voci τὰ πάντα, omnia 'quam quater uſurpat, ſemel ſaltem addere καινὰ nova, poterat loco 'verborum ἐκτίσθη, ἔκτισται, creata ſunt aliquo alio verbo uti ἀναπλάσσομαι, ἀνακτίζομαι, ἀνορθῶμαι, &c. poterat ſaltem illis verbis adjungere 'πάλιν poterat denique aliquid aliud inſerere quo mentem ſuam 'illam ſcilicet aperiret clarius, tamen horum nihil fecit, quod val'dè mirum eſt, ſiquidem Chriſtus qui per eum loquebatur, & præ'videbat fore, ut omnes propemodum Interpretes, univerſa Eccleſia 'tot ſæculis verba illa acciperet de prima creatione, & nolebat ta'men eam ſibi à fidelibus tribui. Certe temerè factum non eſt, quod 'in hoc loco, & ſimilibus conſtanter nihil diſtinctionis, nihil limi'tationis cauſa adjectum eſt, ac perpetuo verba uſitata ſunt præ'teriti temporis.

Quarto, Conſtat *Apoſtolum*, poſtquam de opere creationis omnium per *Chriſtum* qualicunque egerat, tranſiiſſe ad opus Redemptionis eidem vindicandum his verbis, *Eſtque caput corporis Eccleſiæ, ipſe, qui eſt principium & primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus ipſe primatum gerens, & per ipſum placuit Deo,* ἀποκαταλλάξαι πάντα *reconciliare omnia:* Sin autem antea de noſtra creatione, ſive de omnium vere *Chriſtianorum* reformatione verba feciſſet, cur eadem

dem hic idem *Apoſtolus* repeteret, & particula γὰρ, prioribus annecteret, verbaque nihil aliud continentia niſi quod prius, uberius, & clarius dictum fuerat, operoſius ingeminaret? Adde his,

Quinto, Quod Reconciliatio, novaq; Creatio Angelis bonis hic adſcribi nequeat, nec enim uſpiam de nova Creatione, ſeu καίνη κτίσις loquitur Scriptura, niſi reſpectu habito ad antiquam, cujus omnia tranſierint, ſive ad veterem hominem exuendum ut induamus novum, creatum juxta Deum in juſtitia & vera ſanctitate, aut demum ad opera bona producenda, quæ ante hanc Creationem in *Chriſto JESU* producere minimè potuimus, quæque adeo ſalutem noſtram non operibus, ſed gratiæ referendam eſſe liquido demonſtrant: Quid autem horum Angelis bonis competere dicere queunt *Sociniani?* (ut de malis quos etiam hîc intelligi vult *Socinus* taceam) quæ vetera ab iis tranſire debent? Quem veterem hominem ab iis deponendum aſſignare queunt? Quo ſenſu eos ad bona opera præſtanda ante hanc *Chriſti* reconciliationem inidoneos pronuntiant? eorumque ſalutem non operibus ab iis præſtitis, ſed gratiæ adſcribunt?

2 Cor. 5. 16. Eph. 4. 23, 24. Eph. 2. 8, 9, 10.

'Quis unquam præter Adverſarios, inquit Placæus, divinaſſet 'creaturam ſimpliciter poſitam eſſe pro nova creatura, creari pro 'recreari, reformari, novum fieri, deinde novam creaturam non in'telligi quo ſenſu accipitur ubique in Scriptura, ſed alio novo & 'inuſitato pro ea creatura, quæ nihil fuit immutata, tantum Domi'num agnovit, quam antea non agnoſcebat.

Lib. §. 22.

Sexto, Denique id ſedulò notandum eſt, ad mentem omnium *Veterum* in locum, *Apoſtolum* per totam hanc *Epiſtolam* ſemet opponere Hæreticis iſtius temporis, hoc eſt *Simoni Mago*, ejuſque ſequacibus qui ſuggerebant *Mundum hunc non à Deo, ſed ab Angelis factum eſſe;* hoc etiam aſſerebant poſt *Simonem Menander*, & *Baſilides, hoſque Angelos, Virtutes & Poteſtates à Patre incognito vel ab Ennoia miſſos eſſe ad mundum creandum*, à *Jeſu* noſtro non eſſe factum mundum, ſed eum *potius veniſſe ad diſſolvenda omnia opera ejus Dei qui mundum fecit.* Quid autem ad hæc hæreſeon portenta refellenda expreſſius dici, vel efficacius excogitari potuit, quam *Apoſtoli* diſcurſus modo eum de vera creatione intellexeris? Cum enim *Hæretici* Angelos è creaturarum ſorte quaſi eximere videbantur, eo pretextu quod *Moſes* inter opera creationis eos non recenſebat, defectum hunc ſupplet *Apoſtolus* tripliciter, affirmando omnia in cœlis per *Chriſtum* creata eſſe, omnia inviſibilia, & deinde ne *Angeli* adhuc ejus creationi ſubducerentur, eos ſpeciatim exprimendo nominibus quibus aliàs in Scripturis denotantur, *ſive Throni, ſive Do-*

Iren. l. 1. c. 20, 21, 22, 23, 24. Lib. 2. c. 1. L. 1. c. 25. 29. Vide hic Dr. Teniſ. Tract. de Idol. c. 9. pag. 165, 166, 167.

Eph. 1 21. 3.10.6,12. Rom.8.38. 1Pet.3.22. *Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates fuerint.* Deinde quæ ipſi à *Chriſto* diſſolvenda eſſe dicebant, tanquam Regno, & Patri ſuo oppoſita & aliena, ea *Apoſtolus per ipſum, & in ipſum creata pronuntiat*, quid autem ab hoc propoſito alienum magis, quam de nova creatione, tam inutili verborum pompa, ab hoc Epiſtolæ totius ſcopo aberrare?

Argum. 3. §. 15. Heb.1.2,3 Tertium Argumentum, quo *Chriſtum* Creatorem Mundi conficitur, ſuppeditant hæc verba Authoris ad *Hebræos*. *Deus nobis locutus eſt in filio, quem conſtituit hæredem omnium,* δι' ὃν καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, *per quem fecit & ſæcula.*------ Et verſu decimo, *Et tu in principio, Domine, terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli, &c.* Nugatur hic *Schlictingius* dicendo, *Non eſſe hic ſermonem de veteri creatione, quæ nunquam dicitur per cauſam aliquam intermediam fuiſſe peracta*, quaſi nunquam legiſſet *de Deo omnia creante* Eph.3.10. *per J. Chriſtum*, aut id putaſſet pro confeſſo ſumendum quod falſum eſſe *Chriſtiani* omnes qua *Orthodoxi*, qua *Ariani*, contendunt.

Magis ingenuum eſt quod agnoſcit *ſæculorum voce mundum intelligi*, id tamen coactus fecit, quoniam viderat eundem Authorem infra eadem ſignificatione hac voce utentem, cum dixit, *Fide intelligimus* καταρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, *conſtituta eſſe ſæcula verbo Dei, adeo ut ex inviſibilibus viſibilia fierent*: abſurdum eſt, autem poſt hæc conceſſa mordicus hærere *Socinianorum* σόφῳ σαρμάκῳ, nempe Deum per *Chriſtum* eatenus tantum mundum feciſſe, *quatenus humanum Genus præcipuam mundi partem per eum reformavit, novumque ejus ſtatum priore multo feliciorem effecit.* Num enim hoc ſenſu *Paulus* ſæcula intelligere potuit, cum dixit, *Fide credimus ſæcula verbo Dei* Ibid. *conſtituta eſſe?* Nonne *Schlictingio* ipſo fatente, intelligit *mundum à Deo conditum, quamadmodum à Moyſe deſcriptum eſt, ſolo Dei verbo & juſſu*, ſeu mundum hunc materialiter ex cœlis & terra conflatum?

1 Cor. 10. 11. Heb.9.26. Nonne certum eſt ex *Scripturis Chriſtum* veniſſe tantum ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων *ſeu ultimo tantum mundi ſæculo;* quomodo ergo vere dici potuit, ſenſu *Sociniano*, eum ſæcula feciſſe, cum horum ſæculorum duo elapſa eſſent ante ipſius adventum.

Secundo, Cum *Chriſti* ætatem, ſeu *Evangelii* tempora reſpiciunt vel *Sacri Vates* alibi, vel D. *Paulus* in hac *Epiſtola*, nunquam voce Eſa. 9. 5. ſæculi abſolutè utuntur, ſed cum appellativo *futuri*. Ita *Eſaias Chriſtum* τοῦ αἰῶνος τοῦ μέλλοντος, *Mundi futuri Patrem* appellat, tempora Heb. 2. 5. Evangelii *Apoſtolus* τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν *Mundum futurum*, virHeb. 6. 5. tutes miraculoſas tunc editas δυνάμεις μέλλοντος αἰῶνος, *Virtutes ſæculi futuri*: Si igitur idem ſæculum hic intellexiſſet, veriſimile eſt eum dicturum fuiſſe, *Sæculum futurum per Chriſtum factum fuiſſe*, præſertim

ſertim cum ad Judæos ſcripſerit, quibus nihil magis familiare erat quam tempora *Meſſiæ*, verbis *Holam habba*, ſeu *ſæculi futuri* deſignare; denique non dicit *Apoſtolus* facit, aut facturus eſt, ut fieri oportuit, ſi de futuro ſæculo locutus eſſet; ſed ἐποίησε *fecit*, ut de præterito loquens, fatetur autem ipſe *Sclictingius hanc mundi totius reformationem, ex qua nova ſæcula conſecuta ſunt, per Chriſtum adhuc in terris exiſtentem, cœptam quidem eſſe, at non perfectam.* In locum.

Fatentur *Sociniani* verba ſequentia; *Et tu, Domine, in principio terram fundaſti*, de vera mundi creatione loqui; ſed ea dicunt ad *Chriſtum* minime pertinere, ſed tantum verba ſequentia, *Ipſi peribunt, tu autem permanes, &c.* quæ ideo de *Chriſto* dici aſſerunt, *quod abolitio mundi ad regnum, quod per Chriſtum adminiſtrandum erat, pertinet, & inter precipuos & maximos illius effectus cenſeri debeat, cum igitur in hoc Pſalmo ex quo teſtimonium illud ſumptum eſt agatur myſtico ſenſu, de regno Chriſti per Chriſtum olim inſtaurando, & adminiſtrando, meritò abolitio cœli & terræ, cujus in hoc loco fit mentio, Chriſto tanquam ea in re Deo ſubordinato attributa eſt.* Ex his autem conceſſis Argumentum invictum exurgit quod Chriſto hic creatio mundi verè adſcribitur. Sclictirg. in locum.

Is enim cui dictum fuit, *Tu, Domine, à principio terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli*, fuit mundi creator. Sed Chriſto hæc dicta ſunt: Is enim cui dictum eſt, *Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi, Unxit te Deus tuus oleo exaltationis præ participibus tuis*, erat Filius Dei; id eſt, *Chriſtus*; at vero eidem dictum eſt, *Et tu in principio terram fundaſti.* Uti ex particula connexiva καὶ liquet, perinde enim valet ac ſi dictum eſſet, Filio autem dictum eſt, *Thronus tuus, &c.* Et eidem Filio, *Tu in principio.* Rurſus cui dictum eſt, *Ipſi peribunt, tu autem permanes*, eſt etiam dictum, *Tu in principio fundaſti terram;* nec enim mutant perſonam vel *David*, vel *Apoſtolus*, ſed eidem perſonæ cœlorum & terræ abolitionem tribuunt, cui eorumdem creationem adſcripſerant, & de unica perſona voce *tu*, deſignate manifeſtò loquuntur; ſed, Fatentibus ipſis *Socinianis*, Chriſto adſcripta eſt, his verbis, Cœli & terræ abolitio, eidem igitur, velint nolint, ejuſdem creatio tribuenda eſt.

Atque in hac quidem ſententia habemus omnes una voce, menteque conſentientes, *Chriſtum* enim nemine diſſentiente, creatorem mundi conſtituunt, Δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκεν, *per ipſum omnia fecit. Pater*, inquit *Juſtinus*, ᾧ καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα ἐκτίσατο, *Et per ipſum facta ſunt omnia*, inquit *Athenagoras*, *per ipſum Pater omnia fecit, hic principium dicitur quia* ἀρχὴ *rector*, & *dominator eſt* πάντων καὶ δι' αὐτοῦ δεδημιουργημένων *omnium abs eo conditorum.* Ita *Theophylus*, ὁ μὲν Apol. p. 44. l. Dia. cum Tryph. p. 284. P. 10. Ad Autol. p. 88.

P. 146. μὲν οὖν λόγῳ θεοῦ τῆς τῶν ἀνθρώπων κατασκευῆς Ἀγγέλων δημιουργὸς γέγονε, *Verbum igitur ante creatos homines produxit Angelos*, ita *Tatianus*. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, in omnibus autem eſt hic qui eſt ſecundum nos mundus*; ita *Irenæus*, & *Clemens Alexandrinus*.

Lib. 2. c. 2. Clem. Al. Adm. p. 5. p. 6. Pæd. p. 91. 135.

Omnia per Filium facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, nec putes ſola opera mundi per Filium facta, ſed & quæ à Deo exinde geſta ſunt, inquit *Tertullianus*. *Mundus ipſe-----per ipſum creatus eſſe reperitur, quo ipſo divinitatis in ipſo, per quem factus eſt mundus, & claritas, & auctoritas comprobetur*; ita *Novatianus*. *Chriſtum eſſe primogenitum, & ipſum eſſe ſapientiam Dei per quem omnia facta ſunt*, multis probat *Cyprianus*. *Proximum mundi opificem eſſe Filium Dei verbum* docet *Origenes*, καὶ ὑπηρετὴν αὐτὸν τοῦ κόσμου, & *Velati fabricatorem per ſe mundi*. Infinitus eſſem ſi reliqua *Patrum Antenicænorum* dicta congererem, cum eadem omnes copioſe ingeminent, & inculcent.

Adv. Prax. c. 15. Caſ. 13. Teſtim. l. 2. c. 1. L. 6. contr. Celſus, p. 317.

Sect. 16. His mantiſſæ loco addatur quod omnia ſecundum eundem Apoſtolum, δι' αὐτοῦ συνέστηκε *per ipſum conſiſtunt, omniaque portet verbo virtutis ſuæ*; quæ verba cum de eadem creatione, de qua locutus fuerat *Apoſtolus* intelligenda ſint, certum eſt hic *Chriſto* adſcribi mundi abs eo creati regimen, & conſervationem, hæc autem ad Eccleſiæ per *Chriſtum* Regimen, atque ad *Chriſti* virtutem, qua, ipſo jubente, ceſſabant venti, quieſcebant maria, diffugiebant morbi, cedebant ſpiritus immundi, fruſtra trahere conantur *Sociniani*;

Primo, Etenim verbum quod hic occurrit idem plane eſt cum eo quo utitur D. *Petrus*, loquens de Globi hujus formatione, *Latet eos*, inquit, *quod cœli erant prius, & terra de aqua*, καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ *& per aquam conſiſtens Dei verbo*.

Secundo, Per eum qui erat *Primogenitus omnis creaturæ*, quique *ante omnia erat*, non per eum qui plenitudine temporis in mundum venit, hæc omnia ſuſtentari dicuntur, *Primogenitus autem omnis creaturæ*, ſecundū unanimem Antiquorum omnium ſenſum, Chriſtum præ mundo genitum, & creaturis omnibus Antiquiorem eſſe indicat, ut poſtea videbimus. Secundo in loco inutilis mihi videtur vitilitigatio; *Utrum hic* φέρειν *regere, an ſuſtentare ſignificat*, cum enim ſive Regimen *Socinianorum*, ſive orthodoxorum ſuſtentatio fiat non ἐξουσίᾳ poteſtatis, ſed τῇ δυνάμεως ῥήματι, virtutis ſuæ verbo, omniaq; prorſus reſpiciat; idem mihi erit ſive Regimen, ſive ſuſtentatio appelletur. Secundo conſtat *Apoſtolum* hic loqui non de Regno, ſed Perſona Chriſti, is enim qui *omnia portat* idem plane eſt cum eo qui ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, *Splendor gloriæ, & figura*

gura ſubſtantiæ ejus verſu eodem appellatur; eſt autem doctis notiſſimum, hæc ſapientiæ, & verbo Dei apud *Hebræos*, & *Patres primævos* ita tribui, ut cum *Socinianorum* Hypotheſi neutiquam conſiſtere poſſint. Eſt, enim, ſapientia juxta *Judæorum* Theologiam ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινής, *Sincera gloriæ omnipotentis emanatio*, καὶ ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. *Et ſplendor lucis æternæ, & ſpeculum immaculatum operationis Dei, & imago bonitatis ejus.* Eſt, juxta *Philonem*, *Verbum Dei* ἀρχέτυπος καὶ νοητὸς ἰδέα, ἀσώματον καὶ θεοειδέστατον παράδειγμα, *Primogenea, & intelligibilis idea, incorporeum; & Deo ſimillimum exemplar*, ἀρχέτυπος, σφραγὶς, καὶ ἰδέα τῶν ἰδεῶν, *archetypum ſigillum, & idea idearum*, ὁ ἀΐδιος εἰκὼν καὶ παιδαγωγὸς *æterna imago & lux univerſalis*, ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, καὶ τυπωθείσης σφραγὶς τοῦ Θεοῦ, *Character eſſentiæ, formæq; impreſſæ Dei divinus ſermo mundum faciens, & omnia adornans* πηδαλιοῦχος καὶ κυβερνήτης πάντων, *Clavum tenens, & omnium Gubernator.* Quæ omnia cum his D. *Pauli* verbis exactè conveniunt, Chriſtumq; Patris imaginem, ante mundum conditum, conſtituunt, & mundi conditorem, ejuſdemq; conditi Gubernatorem, ſecundum *Apoſtolum*. *Bonus Pædagogus qui eſt Sapientia & Verbum Patris*, juxta *Clementem Alexandrinum, hominem fabricavit, & univerſæ creationis curam gerit.* Et rurſus, *Curam gerit univerſorum quod quidem pertinet ad eum qui eſt Dominus, univerſorum Servator enim eſt non horum quidem Servator, illorum vero non.*

Sap. 7. 25, 26. De mundi opif. p. 3 E. P. 3. E. P. 5. C. D. P. 6. C. D. De confuſ. ling. p. 341 De plant. Noæ p. 217. A. De opif. mundi p. 4. D. p. 5. B. de Cherubim 1. 114. B.

ὁ δημιουργήσας τὸν ἄνθρωπον ὅλης κηδεμὼν τῆς πλάσεως. Pæd. lib. 1. p. 18. ἣ κέλεται τοῦ συμπάντων ὅσῳ καὶ κτίσεως καὶ κυρίῳ πάντων γνωμοῦσθαι, ὥσπερ γὰρ ἔστιν ἐκεῖνος ὧν ἔστιν οὐ πάντων σωτὴρ ὁ δ' οὔ. Strom. l. 7. p. 702. D.

Secundo, Is per quem loquebantur *Prophetæ*, Deus erat, Verbum enim quod iis venit דבר יהוה *Verbum Jehovæ* continuo appellatur *in Prophetis* loquebatur Deus, & *per os Prophetarum* in iis quæ ſcripſerunt erant Θεόπνευστοι. *Loquebantur enim prout Spiritu Dei movebantur.* Spiritus autem, qui in iis loquebatur, erat *Spiritus Chriſti.*

Argum. 2. Heb. 1. 1. 2 Tim. 3. 15, 16. 2 Per. 1. 21.

Reſpondent *Sociniani*, Spiritum Chriſti hunc Spiritum vocari *per Genitivum objecti, quia de Chriſto agebat, uti verbum fidei id dicitur quod de fide agit, Sermo ſalutis qui de ſalute agit.*

Reſp. Schlicht. in locum.

Hoc ſenſu dici potuit ſpiritus noſter, quia quæ nobis eventura erant enuntiavit, immo Spiritus *Antichriſti*, quoniam de eo ὑπὲρ, locutus ſit. Huc accedit quod *Antiqui* omnes in hoc ſenſu conveniunt, Chriſtum nimirum per *Prophetas* locutum eſſe.

Rep.

Cum *Prophetarum verba tanquam à perſona aliqua dicta audiatis*, inquit *Juſtinus* M.ne *ab ab ipſis Spiritu inſpiratis dici exiſtimetis* ἀλλ' ἀπ'

Apol. 2. p. 76. D. & 75. D.

ὑπὸ τῦ κινῦντ@ αὐτὰς Θεᾶ Λόγυ, *ſed à verbo divino illos movente, Ipſe,*
Ad Autol. l. 2. p.88. inquit *Theophilus, exiſtens Spiritus Dei, principium, Sapientia, Altiſſimique potentia,* καὶ ἐφέρετο εἰς τὰ προφήτας ἐνεργῶν δι' αὐτῶν ἐλάλει τὰ περὶ τῆς ποιήσεως τὸ κόσμυ καὶ περὶ λοιπῶν ἁπάντων, *Deſcendit in Prophetas, & per ipſos loquebatur de mundi creatione, & de reliquis omnibus. Utraque*
L. 4. c. 21. Adv. Marcion L. 2. c. 27. Vid. adv. Prax. 6. 16. *teſtamenta,* inquit *Irenæus, Unus, & idem paterfamilias produxit, verbum Dei, Dominus noſter J. Chriſtus, qui & Abrahæ, & Moyſi locutus eſt. Profitemur Chriſtum ſemper egiſſe in Dei Patris nomine,* inquit *Tertullianus, Ipſum ab initio converſatum, ipſum congreſſum cum Patriarchis & Prophetis, filium Creatoris, ſermonem ejus quem ex ſemetipſo proferendo filium fecit, & exinde omni diſpoſitioni ſuæ voluntatique præfecit. Ipſe eſt Dominus loquens in Eſaia, ipſe in Helia, ipſe in ore Prophetarum juxta Clementem Alexandrinum.* Apud Barnabam, *Spiritus Prophetarum,* πνεῦμα Κυρίυ, *Spiritus Domini* in *carne apparituri* appellatur, plane ad mentem Petri. Vide ſi lubet Juſtinum M. Apol. 1. p. 49. A. 2. B. 75. D. Clem. Alexand. Strom. 6. p. 642. B. Irenæum l. 4. 2. 9. Tertullianum adv. praxeam c. 16. Hippolytum M. de Antichriſto §. 2. §. 31. Infinitum enim eſſet omnia quæ hujus generis occurrunt in Scriptis Antiquorum deſcribere.

αὐτὸς ἐν Ησαΐᾳ ὁ Κύριος λαλῶν, αὐτὸς ἐν Ἠλίᾳ, ἐν σίμαπ Πέτρῳ αὐτὸς. Admon. ad Gent. p. 7. P. & S. 10. 6. Ep. §. 6. p. 642.

Argum. 3. 2 Chr. 20. c. Iſ 66. 7. 103. 19. 122. 28. 83. 18.

Sect. XVIII. Tertio, Is qui omne imperium in cœlo & terris exercet, &, dum manſerint, exercebit, Divina eſſentia præditus eſt. Eſt enim Deus *qui regnat in terris, cujus Regnum eſt ſuper omnia,* & qui eſt terræ univerſæ Gubernator, & cujus virtute omnia in perpetuum ordinanda ſunt; Eſt deniq; *Altiſſimus ſuper omnem terram.*

Volkel. de Vera Rel. l. 3. c. 21.

Chriſtus autem imperium tale exercet, fatentibus enim *Socinianis, Chriſtus exercet imperium in omnia, quæ ampliſſimo, non ſolum terræ, ſed etiam cœli ambitu continentur;* hæc autem poteſtas non limitata & abſoluta ponit neceſſario in Chriſto omnipotentiam, qua exerceatur, & per conſequens naturam divinam tali potentiæ reſpondentem: ut res exemplo eluceſcat, ſi quis ſolium Regis terreſtris occupaverit, ſummumque cum eo imperium, idq; per omnes Regni iſtius provincias, & ſuper univerſos ejus ſubditos, Rege priore nullum amplius judicium, poteſtatem nullam exercente, nonne is jure Rex diceretur; cum ergo Chriſto, ſecundum *Socinianos,* hoc competat, cur non & ipſe Deus in terris regnans habebitur? Porro nonne Deus Pater, antequam ipſum Filio traderet, regnum hoc exercebat per attributa verè divina, & cum eſſentia ſua conjuncta? Num potuit Mundi totius habenas regere ſine potentia, ſcientia, præſentia verè divinis, ipſiq; ſoli propriis? cum ergo eadem jam Chriſtus præſtet,

quid

quid ni potentiam, ſcientiam, preſentiam, totamque adeo divinitatis plenitudinem eidem adſcribere debeamus?

Is qui virtutem ſibi inſitam habet ſuſcitandi omnes à morte, & dormientes in ſepulcris, ad vitam excitandi, divina eſſentia præditus eſt, hoc enim eſſe Deo proprium in Scripturis paſſim legimus, *viz.* ζωοποιεῖν τὰς νεκρὰς, & ideo in Deum ſuſcitantem Chriſtum à mortuis credere jubemur, ut *Fides & Spes noſtra in Deo ſit*, hinc *Pauli* quæſtio illa quid incredibile judicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat, & *Sadducæorum* de Reſurrectione hæreſis quod virtutem Dei neſcirent. Argum. 4. Sect. 19. Rom 4. 17. 1 Per. 1 3. Act. 26. 8.

Chriſtus autem, inſita ſibi virtute, omnes ſuſcitabit, *Sicut* enim *Pater habet vitam in ſeipſo, ſic dedit & Filio habere vitam in ſeipſo;* & *ſicut Pater ſuſcitat mortuos, & vivificat, ſic & Filius quos vult vivificat;* & *Sicut in Adamo omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. Si autem,* dicente **Volkelio, hominem quantumvis vivum ex mortali immortalem efficere diviniſſimæ poteſtatis eſt, quod Chriſtus erga ſuos ſuperſtites noviſſimo illo tempore præſtabit, quantæ tandem potentiæ eſſe putabimus, eos qui ad nihilum venerunt in viventium numero reponere? eam ob rem Apoſtolus hoc admirandum Chriſti factum efficaciſſimæ illius potentiæ attribuit qua ſibi omnia ſubjicere poteſt.* Omnia autem qui ſibi ſubjecta habet, omnia poteſt, eſt ergo Deus omnipotens. Joh. 5. 26. v. 21. 1 Cor. 15. 22. * De vera Rel. l. 3. c. 34. Phil. 3 21.

Porro is qui ſeipſum è mortuis ſuſcitavit, Deus eſt ob eandem rationem; Chriſtus ſeipſum è mortuis ſuſcitare, id ſe facturum promittit, dicendo de templo Corporis ſui, *Solvite hoc templum, & intribus diebus excitabo illud;* eumque revera id præſtitiſſe ex eo liquet quod cum ex mortuis ſuſcitatus eſſet, *credebant Apoſtoli ejus verbo*, cui, niſi ſeipſum ipſe ſuſcitaſſet, credere minimè potuiſſent: Secundo, quod non tantum vitam, i. e. vitæ poteſtatem habuit in ſeipſo, non tantum habuit poteſtatem *ponendi animam*, ſed etiam *iterum ſumendi eam:* ubi notandum 1°, non dicere Chriſtum promiſſum ſe habere *reſumendi animam*, ſed ἐξουσίαν λαβεῖν αὐτὴν. *poteſtatem eam accipiendi;* 2°, cum dicit, *Poteſtatem ſe habere ponendi animam*, non indicat Patrem ei mortem infligere, aut animam ſuam tollere; ſed quod proprio jure ſe morti tradat, cur ergo ἐξουσία eundem ſenſum non obtinere, cum dicit, *Se poteſtatem habere animam iterum ſumendi.* Fateor uſitatius in Scripturis dici Chriſtum à Patre ſuſcitatum eſſe, id enim œconomiæ ratio poſtulabat, quod luculentius conſtaret ſe Dei juſtitiæ per mortem hanc ſatisfeciſſe, ut tamen multoties Deo Patri tribuitur quod mortuos ſuſcitaturus ſit, ita negari non poteſt quin Chriſtus id ſua virtute ſit præſtiturus, *Cum omnes audient vocem Filii Dei & procedent in Reſurrectionem;* ita & Deum Joh. 10. 18. Joh. 5. 28. 29. Joh. 6. 39. 40. 44. 45. 1 Cor. 15. 21. Rev. 1. 18.

Patrem, Chriſtum è mortuis ſuſcitaſſe fatendum eſt, nec interim negandum Chriſtum id ipſum præſtitiſſe, cum enim Pater Chriſtum è mortuis ſuſcitavit διὰ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ *per ſpiritum ſuum, cum fuit* ζωοποιηθεὶς τῷ πνεύματι *vivificatus ſpiritu eodem quo ſe obtulit*, & quo *Noachi* contemporariis prædicavit, cumque is ſpiritus in Chriſto habitaverit, facile intelligitur quomodo ipſe ſeipſum ſuſcitaverit, & tamen id Patri tribuatur quod id per ſpiritum, adeoque per δύναμιν ſive virtutem Patris, Chriſto inhabitantem, factum fuerit.

Rom. 8. 11. Heb. 9. 15. 1 Pet. 3. 18.

Argum. 5. Sect. XX. Ille qui ita judcaturus eſt omnes homines ut *eorum omnium opera, & cogitata* penitus explorata habeat, *abdita tenebrarum illuminet, conſilia cordium omnium manifeſtet*, divina eſſentia præditus eſt, *qui enim format montes, & creat ventos, idem cum eo eſt qui annuntiat homini quæ ſit ejus cogitatio nempe Dominus Jehovah.* Chriſtus hæc omnia præſtabit, Chriſto enim, fatente *Volkelio*, & omnibus *Socinianis*, *vivorum mortuorumque judicium attribuitur, ipſeque à Deo vivorum & mortuorum judex dicitur conſtitutus, quam ob cauſam in tanto divinæ ſapientiæ gradu collocatus eſt, ut ſit ſcrutator cordium ac renum, nam & tota Regni hujus adminiſtratio hominem interiorem, ſeu hominis animam complectitur, & non ſolam de factis noſtris, ſed etiam de mentis noſtræ cogitatis, & nunc judicium facit, & apertius aliquando facturus eſt.* At tantus divinæ ſapientiæ gradus in meram creaturam cadere non poteſt, ut ſupra probavimus, & ſolius Dei eſſe *ſcrutari corda & renes omnium hominum* Scriptura paſſim teſtatur, quod Argumentum eſt irrefutabile pro vera Chriſti Divinitate, atque hinc veriſimile eſt Chriſtum Judicii hujus intuitu *Magnum Deum* vocari à *D. Paulo* hortante Chriſtianos *pie, ſobrie, & juſte vivere in hoc mundo, expectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris noſtri J. Chriſti*, veriſimile hoc eſſe dico. 1° Quia Chriſtus in nobis ſignanter [a] *ſpes gloriæ* dicitur. 2° Quod quoties apud *Paulum* fit mentio [b] ἐπιφανείας quam expectamus, ea non alia eſt quam Jeſu Chriſti. 3° Quod Chriſtiani dicuntur *in Deo quidem credere*, ſed *expectare* [c] *revelationem Domini N. J. Chriſti, expectare filium ejus de cœlis. Inde Salvatorem expectare dominum N. J. Chriſtrum.* Huc accedit quod non tantum *Græci, Latinique Patres* poſt *Nicænum Concilium* ſummo conſenſu hunc locum interpretantur de Deo filio, ſed etiam *Patres Ante-Nicæni*, ut, clare teſtantur hæc

Amoz 4. 13. Vid. Act. 1. 24. De vera Rel. l. b. 3. cap. 21. Act. 10. 42. Rom. 14. 10, 11. Apoc. 2. 23. Rom. 2. 16. 1 Cor. 4. 5. 1 Sam. 16. 7. 1 Reg. 8. 39. 1 Chron. 28. 9. Pſal. 7. 9. Act. 1. 24. Tit. 2. 13.

(a) Col. 1. 23. 1 Cor. 15. 19. 1 Theſſ. 1. 3. 1 Tim. 1. 1. (b) 2 Theſſ. 2. 8. 1 Tim. 5. 14. 2 Tim. 4. 1. (c) 1 Cor. 1. 7. Philip. 3. 20. 1 Theſſ. 1. 10.

Cle-

Clementis Alexandrini verba. *Hic ergo verbum Chriſtus, ut nos olim eſſemus erat enim in Deo, & ut bene eſſemus cauſa fuit, nunc autem apparuit hominibus hoc ipſum verbum, qui ſolus eſt ambo Deus & homo, & eſt nobis omnium cauſa bonorum-nam ut ait Divinus ille domini Apoſtolus, Gratia Dei Salutaris omnibus apparuit docens nos ut, abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, moderate, & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo expectantes beatam ſpem, & adventum Gloriæ Magni Dei & Salvatoris noſtri J. Chriſti,* & conſimilia *Hippolyti* jam mundi univerſi appetente conſummatione quid reliquum eſt, quam ut Dominus & Salvator noſter J. Chriſtus Deus in cœlis appareat in quem ſperavimus.

ὅτι νῦν ὁ λόγος ὁ χρηστὸς τῆς τοῦ εἶναι πάλαι ἡμᾶς, ἦν γὰρ ἐν θεῷ, καὶ τοῦ, ἐν εἶναι, νῦν ἡ ἐπιφάνη ἀνθρώπις αὐτὸς ὅτι ὁ λόγος ὁ μόνος ἄμφω θεὸς τε καὶ ἄνθρωπος ἁπάντων ἡμῖν αἴτιος ἀγαθῶν ὡς γὰρ ἡ θεσπέσιον ἐκεῖνον τοῦ κυρίου Ἀπόστολον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπεφάνη· καὶ παιδεύουσα. Admon. ad Gent. p. 5, 6.

Τὶ οὖν λείπεται ἀλλ ἢ ἐπιφάνεια τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἀπ' οὐρανῶν εἰς ὃν ἠλπίκαμεν. Apud Combef. l. de Anti-Chriſto. §. 64.

Denique is per quem cœli ardentes ſolventur, & elementa ignis ardore tabeſcent, Deus eſt, id enim Deo tanquam proprium adſcribitur. Eidem nempe *Jehovæ* qui *terram fundavit in principio & cujus manibus cœli ſunt conditi,* eodemque verbo Dei quo hæc utriuſque compages facta eſt, *igne conſumenda,* dicente *Petro, reſervantur,* per Chriſtum autem hæc omnia ſatentibus *Socinianis* ſolventur, *Habet enim Chriſtus in cœlum* inquit *Volkelius, tantum imperium quod futurum aliquando ſit ut illud tanquam amictum involvat, ignique comburat.* Ergo, Argum. 6. Pſ. 102. 26. Heb. 1. 10, 11, 12. 2 Per. 3. 5. 7. De vera Rel. l. 3. 22.

Sect. XXII. Sunt hæc breviter ſummatimque dicta de ſecunda Argumentorum claſſe, ſupereſt jam ut ad Argumenta progrediar ducta ex locis in quibus Chriſtus vel ἐπῶς Deus appellatur, vel nominibus, & attributis Deo propriis inſignitus eſt.

Inter teſtimonia in quibus verbis conceptis Deus appellatur, primum locum vendicat illud *Johannis* καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος *& Deus erat verbum:* ubi notandum 1° inutilem eſſe *Socinianorum* criticiſmum quo obſervant θεὸς eſſe hic ſubjectum, λόγος prædicatum, eſto enim rem ita ſe habere, nihil proficiunt, eſt enim Tyronibus notum, *prædicata eſſentalia eſſe reciproca,* nec poteſt verbum eſſe Deus, niſi & Deus verbum fuerit. Notandum 2° per verbum, ſive λόγος neceſſario Chriſtum intelligi, qui enim erat *unigenitus à Patre, qui caro factus eſt, & habitavit in nobis,* is proculdubio erat Chriſtus, ſed *verbum caro factum eſt,* &c. Notandum 3° hunc λόγος Deum 1 Joh. 1.

verum

verum appellari, cum enim dicit *Evangeliſta* hunc λόγον *apud Deum fuiſſe*, ipſi *Adverſarii* agnoſcunt Deum verum intelligendum eſſe, cum ergo ſequatur *& Deus erat verbum*, vel *Evangeliſta* pernicioſi erroris materiam præbuit, vel eundem intelligere Deum nos voluit, præſertim cum repetit immediate hæc verba *ipſe erat in principio apud Deum*, verum, ut prius, Deum intelligens, nec veriſimile eſt Apoſtolum voluiſſe ambigue hoc verbo uti cum tanto & tam certo omnium fere Chriſtianorum periculo.

Ob. Objiciunt *Sociniani qui apud aliquem eſt, non eſt is apud quem eſt, ſermo autem fuit apud Deum primario ſic dictum, ergo ſermo non eſt ille Deus, & conſequenter alia ratione eſt & dicitur Deus.*

Reſp. Hinc ſequi tantum Sermonem non eſſe formaliter, & ſub eodem conceptu Deum iſtum de quo *Evangeliſta* loquitur, non autem hinc ſequitur eum non fuiſſe Deum ἐπαφῶς, & identice, prout mens, ratio, ſapientia, & potentia, & quicquid eſt in Deo, eſt ipſe Deus nihil enim magis familiare eſt apud *S. Scriptores* quam dicere ejuſmodi attributa, immo ſapientiam perſonæ proprietatibus variis ornatam eſſe apud Deum & cum Deo, παρ' αὐτῷ σοφία καὶ δύναμις *cum ipſo ſapientia & poteſtas* ἤμην παρ' αὐτῷ, συμπαρήμην αὐτῷ *cum ipſo eram*, inquit ſapientia, *omnis ſapientia* παρὰ Κυρίου καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστιν *a Domino, & cum eo eſt*, Spiritus Dei ſimiliter eſt, in & cum Deo. Eſt juxta Philonem τὸ ἐπ' αὐτῷ πνεῦμα τὸ θεῖον τὸ ἄτμητον τὸ ἀδιαίρετον *Spiritus qui ineſt ei divinus, inſecabilis, indiviſibilis, implens omnia* &c. & tamen, agnoſcente *Felbingero Socinianorum* Anteſignano, *non poteſt idem non eſſe Deus, quia in Deo nihil eſt quod non ſit Deus.*

Job 12, 13. Prov. 8. 27. 30. 1 Eccluſ. 1. Vid. Sap. 9. 9. 1 Cor. 2. 11. Libr. de Gigant. p. 287. In Mach. 3. 16, 17.

Secundo, Undecies in hoc capite occurrit vox Dei ſenſu proprio, nuſquam autem in ſenſu metaphorico & improprio, per totum *Johannis* Evangelium, immo in *Novo Teſtamento* nullum exemplum occurrit vocis τοῦ θεοῦ in numero ſingulari, ubi alium ſenſum patiatur, an vero rationi congruum exiſtimemus θεὸν hic eo ſenſu interpretari in quo nuſquam abſolute poſitus occurrit in *N. Teſtamento*, potius quam in ſenſu quem alibi plus millies poſtulat?

Tertio, Probavimus omnia per ipſum creata eſſe, non quæ novam tantum ſed veterem creationem reſpiciunt. creatorem autem mundi eſſe Deum proprie ſic dictum, nec ipſi *Sociniani* diffitentur.

Quarto, Denique huc accedit quod *Patres Antiquiſſimi* continuo ex hoc loco Chriſtum Deum eſſe non tantum probant, ſed etiam poſteris tradiderunt, *Evangeliſtam* contra *Marcionem Valentinum, Cerintham, Nicholaum*, alioſque qui mundum ab *Angelis*, non à verbo Dei factum eſſe docebant, aut non per eum, ſed per *Demiurgam, hanc Regulam veritatis conſtituiſſe in Eccleſia*, quia *eſt unus Deus*

Iren. l. 3. c. 11. p. 257. 259.

om-

omnipotens qui omnia fecit per verbum ſuum, & quod *mundus per ipſum factus ſit*, quod ex hoc loco Chriſtum verum Deum eſſe conſtanter probant, neminem latere poteſt, qui inſpexerit eorum ſcripta, in quibus hunc ipſiſſimum locum citare in hunc finem ipſis ſolenne eſt.

Sect. XXIII. Secundum teſtimonium exhibent hæc verba Divi *Thomæ reſpondentis*, & *dicentis Dominus meus & Deus meus*, ſuppłe vere tu es. Ubi notandum Argum. 2. Joh. 20. 28.

Primo, Juxta *Socinum non potuiſſe Johannem ſimpliciter dicere Thomam reſpondiſſe, ſi ad alium quam ad Jeſum qui ipſum allocutus fuerat, verba ſua direxiſſet.* Notandum Epiſt. ad Franciſcū Davideis p. 186. 189.

Secundo, Ex *Sclichtingio Thomam hæc verba Chriſto dixiſſe, id eſt, his verbis Chriſtum ipſum compellaſſe, ait enim Apoſtolus & dixit ei* i. e. *Chriſto eum ergo pro Deo ſuo agnoſcebat.* Notandum In locum.

Tertio, *Thomam* à lege, & ab ipſo Chriſto edoctum eſſe, quod *non eſſet Deus niſi unus*, non ergo hic Chriſtum Deum ſuum appellaſſet niſi Chriſtum pro illo Deo habuiſſet, præter quem alius agnoſcendus non fuit. Notandum Math. 4. 10. 12. Mar. 12. 32.

Quarto, Ex Patribus Chriſtum Diſcipulum ſuum ita loquentem minime caſtigaſſe, ſed eum recte credentem potius laudaſſe, quod Argumento eſt *Thomam* hoc nomen Chriſto adſcribendo de Dei Patris honore, quem Chriſtus ſummo cum ſtudio proſequebatur, nihil detraxiſſe. *Sclichtingii* effugia hiſce obſervationibus abunde refutavimus, *Wolzogenius* nihil habet quod dicat ad rem, hoc enim tantum commentarii loco ponit. *viz. Non legimus alibi in tota Evangelica Hiſtoria Chriſtum Apoſtolos appellaſſe Deum quam hoc in loco primum, poſtquam ex miraculoſa reſurrectione ejus à Deo facta, manifeſte apparuit eum eſſe pro Divino Domino colendum*, quaſi non legiſſet *verbum eſſe Deum* aut quaſi reſurrectio creaturæ illum in Dei locum potuiſſet erigere. Vid. Petav. de Trin. l. 2. c. 1. §. 1. Cypr. adv. Judæos l. 2. §. 6. quod Chriſtus ſit Deus. Novatian c. 13.

Sect. XXIV. Idem diſertius habetur in his verbis *D. Pauli ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.* Ubi obſervandum Argum. 3. Rom. 9. 5.

Primo, Hanc eſſe germanam, ſinceramque hujus loci lectionem vetuſtiſſimorum codicum conſenſu, & *Patrum Ante-Nicænorum* auctoritate firmatam ſic enim hunc locum citant [a] *Irenæus*, [b] *Tertullianus*, [c] *Cyprianus*, & [d] *Novatianus.* Notandum

Secundo, Chriſtum hic appellari ὁ ἐπὶ πάντων θεὸν quod eſt certo

(a) Lib. 3. c. 18. (b) Lib. contr. Prax. 30. (c) Teſt. contr. Jud. l. 2. c. Sect. 6. (d) De Trin. c. 13. & 30.

cer-

certius Dei ſummi elogium, immo eundem vocari ὁ θεὸν εὐλόγητον εἰς τοὺς αἰῶνας *Deo benedictum in ſecula,* quod in [a] S. Scripturis, in [b] Scriptis Judæorum, [c] Patrum & Apoſtolis coævorum continuo occurrit tanqnam Dei optimi maximi Epitheton. *Crellius* in locum nihil habet quod reſpondeat, hæc enim tantum obſervat, exquibus Argumentum noſtrum confirmatur, nempe quod *plus videtur in eo eſſe cum quis ſimpliciter Deus nominatur preſertim Benedictus in ſecula quam cum Deus ſuper omnes vel omnia vocatur. Enjedinus* quod *uſque adeo peculiare Epitheton eſt Deo Patri* εὐλογητός, *ut nulli præterquam ipſi attributum in N. Teſtamento legatur.* Et quod *ubicunque hoc elogium legitur nempe Deus Benedictus in Secula, illud ſemper attribuitur Patri,* cum ergo id quod Soli Deo proprium, manifeſto hic Chriſto tribuitur, hinc Argumentum noſtrum pro vera Chriſti, eademque cum Patre Deitate neutiquam infringitur, ſed potius confirmatur, præſertim cum patres Antiquiſſimos eodem ex loco Chriſti Deitatem comprobantes viderimus, teſtimonia firma in hanc rem exhibent. 1 *Tim.* 3. 16. *Hebr.* 1. 8, 10. veriſimilia *Act.* 20. 28. *Tit.* 2. 12. 1 *Joh.* 5. 20. Sed quoniam iis parcius utuntur Patres *Ante-Nicæni* ea miſſa facio.

Argum. 4. Sect. 25.

Is qui habet totam Divinitatis plenitudinem in ſeipſo corporaliter habitantem, eſt divina eſſentia præditus, quid enim ad Divinitatem ei deeſſe poteſt, cui competit *tota Divinitatis plenitudo?* hinc *Arianis* Chriſtum eſſe Deum vafre tantum, & ὡσὰν ὕμνοις confitentibus, ſic alloquitur *Ambroſius, ita dic Deum, ut Deum verum, ut plenitudinem ei paternæ divinitatis aſſignes.* Sed in Chriſto tota divinitatis plenitndo corporaliter inhabitat. Ubi notandum

I. 3. de fide c. 7.

Col. 2. 9.

Primo, Non loqui hic *Apoſtolum* de doctrina, ſed de perſona Chriſti, loquitur enim de eo *in quo ambulare debemus,* v. 6. *in quo ſuperædificati ſumus,* v. 7. & *in quo ſumus repleti.* v. 10. Notandum

Secundo, Non dicere *Apoſtolum* tantum Deum in Chriſto eſſe, aut manere, aut habitare, uti in *Chriſtianis* Deum eſſe, & manere, & in Sione habitare ſæpe dicitur, ſed dicit *totam Deitatis plenitudinem in Chriſto corporaliter reſidere,* quod de nullo alio unquam dictum eſt. Notandum.

(a) *In S. Scripturis* ὃς ἐστιν εὐλόγητος εἰς τοὺς αἰῶνας *Rom.* 1. 2. 2. *Cor.* 11. 31. 1. 31. *Eph.* 1. 3. 1 *Pet.* 1. 3. (b) *In Scriptis Judæorum* εὐλόγητος ὁ κύριος εἰς τὸν αἰῶνα *Pſ.* 41. 13. 89. 5. 1 *Chr.* 16. 36. (c) *In Scriptis Patrum apud Clementem Rom. ad Corinthios ſexies occurrit edit. Jun. p.* 29, 42, 50. 57, 59, 66.

Tertio

Tertio, Non dici hic (uti de Eccleſia) tantum Chriſtum *impleri plenitudine Dei, propter* Dona à Deo conceſſa, & doctrinam ab eo traditam, ſed τὸν πλήρωμα θεότητος in Chriſto habitare dicit. Θεότης autem, & τὸ θεῖον nunquam dona, aut doctrinam divinam ſignificant, ſed ipſam Dei naturam, & eſſentiam, nec congrue dici poteſt voluntatem, aut dona dei in aliquo *habitare corporaliter*, multo minus operationes, & dogmata cujuſpiam in alio habitare, hoc argumento utuntur **Tertullianus* contra *Marcionem*, *Origenes* & alii.

Eph. 3. 9.
* l. 5. c. 19.
B in Jer. Hom. 1. p. 56.
Concil. Antioch. Ep. ad p. San. oſat. concil. To. 1 p 848.

τὸ ἐν τῷ παρθένου σῶμα χρῆσιν πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς τῇ θεότητι ἀπρεπῶς ἥνωται καὶ τετέτοιπται ἔχειν ὁ αὐτὸς θεὸς καὶ ἄνθρωπος Ιησοῦς χριστὸς &c.

Is qui eſt Α & Ω primus & ultimus, eſt etiam divina eſſentia præditus, is enim, cui hic titulus adſcribitur, eſt *Jehovah, qui vocat generationes ab exordio, eſt dominus exercituum præter quem non eſt Deus, is cujus manus fundaverunt terram, & cujus dextera menſa eſt cælos;* immo ſecundum *Paraphraſin Chaldaicam*, primus & ultimus in omnibus his locis is eſt qui, *creavit ſeculum à principio, & qui dicit ſecula ſeculorum mea ſunt.*

Argum. 5. Sect. 26.
Eſ. 41. 4.
Eſ. 44. 7.
Eſ. 48. 12.

At Chriſtus eſt A & Ω, primus & ultimus, cum enim audiviſſet *Johannes vocem magnam dicentis ego ſum* Α *&* Ω, *primus & ultimus, convertit ſe, ut videret vocem loquentis, & vidit in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis*, is ergo erat à quo vox iſta mittebatur, is ipſe eſt qui dicit *noli timere ego ſum primus & noviſſimus, & vivus, & fui mortuus.* Et rurſus *is qui venit ſubito, & cujus merces cum eo eſt, reddere unicuique ſecundum opera ſua*, eſt pariter Α *&* Ω, *primus & noviſſimus, principium & finis*, & tamen eadem dicit *Dominus Deus qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens*, clamat Deus apud *Eſaiam; ego primus, ego noviſſimus*, & quidem ter, audiente tota Eccleſia, clamat ſimiliter Chriſtus apud *Johannem Ego ſum primus & noviſſimus*, & quidem ſine controverſia ter, audiente univerſa *Eccleſia*, nulla addita limitatione, nulla reſtrictione, immo aucta Emphaſi per Articulum præfixum ὁ πρῶτος ὁ ἔσχατος, qui Articulus apud *Eſaiam* in Græca verſione præfixus non eſt, Augent etiam Emphaſin additæ voces τὸ Α καὶ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, itaque ſi verba Dei apud *Eſaiam*, & verba Chriſti apud *Johannem* inter ſe conferas, illuſtriora hæc, quam illa, magiſque abſolute & emphatice dicta videri poſſunt.

Apoc. ie. 11, 13.
6. 17, 18.
Apoc. 22. 12, 13.
Apoc. 1. 8.

Quis igitur credat Chriſtum, ſi ψιλὸς ἄνθρωπος fuiſſet, toties, tam ſolenni oratione, tam ἐμφατικῶς, ſibimetipſi hunc titulum aſſumpturum fuiſſe, eoque ſeipſum deſcripturum, quem ſibi Deus tam diſerte tribuerat in *V. Teſtamento*, quemque proprium eſſe

Dei res ipſa clamat, circumſtantiæ locorum allatorum indicant, & *Paraphrayſis Chaldaica* extra dubium ponit, certe id minime convenire videtur cum perfecta Chriſti erga patrem ſuum reverentia, & pietate, vel cum ipſius erga Eccleſiam perfecta charitate; quotus enim quiſque præſertim inter *Judæos* eſt, qui Chriſtum ſeſe ſic deſcribentem audiens non ſtatim concipiat ipſum ſe etiam ὁ παντοκράτορα appellaſſe ſibique æternitatem, atque divinam eſſentiam tribuiſſe, ut nihil iſto quod ſibi tribuit elogio voluiſſe videri poſſit, niſi Eccleſiam ſuam in errorem conjicere, quod vel cogitare à Blaſphemia haud procul abhorret.

Alio ſenſu hæc dici de Deo, alio de Chriſto, quod vult *Socinus*, non tantum gratis dictum, ſed abſurdum eſt, cum enim eadem prorſus ſint verba, putandi ſunt iidem eſſe conceptus, quippe qui nobis non niſi per verba innoteſcant; nec aliud nobis exiſtimare fas eſt niſi rationem ipſi reddiderint, quare cum verba ſint eadem, nolint tamen ſenſum eundem eſſe, præſertim cum in hoc ſenſu nobiſcum conveniant patres *Ante Nicæni*, obſervat enim hic *Irenæus* l. 4. c. 37. p. 373. *Johannem* cecidiſſe ad pedes Chriſti ac ſi fuiſſet mortuus, *ut fieret quod dictum eſt, nemo videt Deum & vivet.* Cumque hunc locum contr. prax. c. 17. 18. produxerant, qui cum *Praxea* ſentiebant *Ego Dominus qui eſt, & qui fuit & venit omnipotens*, ridet eos *Tertullianus* quod *Dei omnipotentis appellationem non putarent, etiam filio convenire, quaſi qui venturus eſt non ſit omnipotens, cum & filius omnipotentis tam ſit omnipotens, quam Deus Dei filius.* Concludit igitur hic eſſe *Societatem nominum Paternorum in filio.* Hom. in Joh. ed. Huet. p. 21. *Origenes* non tantum hæc *Apocalypſeos* enumerat inter propria Chriſti attributa, ſed dicit inſuper D. ibid. p. 5. his verbis *Johannem* manifeſtam feciſſe ἀπόφασιν *Chriſti deitatem.* E. Teſt. adv. Jud. l. 2. Sect. 1. *Cyprianus* ex his verbis probat Chriſtum eſſe *Sapientiam Dei per quam omnia facta ſunt.* de Trin. c. 30. *Novatianus* autem Chriſtum *unum eſſe cum Patre Deum.* Atque hinc Argumentum novum exurgit, *viz.*

Qui eſt omnipotens, παντοκράτωρ, qui omnia poteſt, eſt Deus. Argum. 6. Sect. 27. Nec enim duas perſonas omnipotentes agnoſcent *Sociniani*, nec id Irin. l. 1 c. 2 Chriſtiana *Symbola* patientur, quæ ἕνα παντοκράτορα θεὸν conſtanter omnibus credendum proponunt. Eſt autem is qui venit cum nubibus & quem videbunt qui eum pupugerunt, hoc eſt, Chriſtus, Apoc. 1. ὁ παντοκράτωρ omnipotens.

Porro is qui poteſt omnia ſibi ſubjicere, habet potentiam in omnia, adeoque eſt omnipotens. Chriſtus ſecundum *Apoſtolum* Philip. 3. 20, 21. poteſt omnia ſibi ſubjicere, Chriſtus igitur eſt omnipotens. 1 Tim. 6. 15

Tertio, Is qui eſt *Rex Regum*, & *Dominus dominantium*, eſt omnipotens, eſt enim ſecundum *Apoſtolum ſolus potens.* Chriſtus autem

tem eſt *Rex Regum* & *Dominus dominantium* Apoc. 17. 14. 19. 16. Juſtin. Ap. I p. 49. Clem. Str. l. 6. p. 639 Juſt. Ap. I p. 44. c. Clem. Al. adm. p. 6.

Atque in hoc Argumento conſentire *Antiquos* Patres liquet ex omnibus iis locis in quibus Chriſtum appellant δύναμιν τὸ ἀῤῥήτου τοῦ θεοῦ, δύναμιν θείαν Dei inenarrabilis poteſtatem quod ſexcenties ab iis factum. 2. In quibus dicunt unam & eandem eſſe virtutem & potentiam patris & filii. 3. In quibus Chriſtum appellant verbum δι' οὗ τὰ πάντα ἔκτισε per quod omnia creavit Pater καὶ τὰ πάντα διεκοσμήθησαν per quod omnia fabricata ſunt. Creatio etenim mundi ex nihilo quin omnipotentis Dei opus ſit, nemo dubitat. Denique in quibus ipſum agnoſcunt *Opificem, & creatorem omnium quo* Pater *Cœlos condidit, quo mare ſuis terminis concluſit, cujus myſteria fideliter ab omnibus elementis ſervantur, à quo ſpatia Diurnorum curſuum* (Sol) *obſervanda accepit, cui paret Luna jubenti eam lucere nocte, cui aſtra obtemperant Lunæ curſum ſequentia à quo omnia diſpoſita ſunt & ſuis limitibus circum ſcripta* &c.

τὸν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τοῦ ὅλου τούτου κόσμου ἐκτίσαντα τοὺς οὐρανοὺς ὡς πάλαι ἔφαμεν ἰδίοις ὅροις ἐνέκλεισεν ὃ τὰ μυστήρια πιστῶς πάντα φυλάσσει τὰ στοιχεῖα παρ' οὗ τὰ μέτρα τοῦ ἡλίου δέχεται (ἡλίου) εἰλικρῶς φυλάττειν ᾧ πειθαρχεῖ σελήνη νυκτὶ φαίνειν κελεύοντι, ᾧ ὑπακούει τὰ ἄστρα τῷ τοῦ σελήνης ἀκολουθοῦντα δρόμῳ. Juſtin. Epiſt. ad Diogn. p. 498.

Is qui eſt omnipræſens eſt Deus, nec enim duos agnoſcunt *Sociniani* quibus hoc attributum competat. Chriſto autem omnipræſentiam competere ex eo liquet, quod *ubicunque ſunt duo, aut tres congregati in nomine ſuo, ſit in medio eorum*; & quod *Diſcipulis* ſuis dicit *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus Diebus uſque ad conſummationem Sæculi*; his enim verbis ſe profitetur & præſentem ſuis fore in terra etiam poſt corpus ſuum in cœlos illatum, ubicunque diſperſi fuerint, & in quibuſcunque locis convenerint, talis autem præſentia eſt prærogativa naturæ Divinæ, nihil enim poteſt eſſe in omnibus terræ locis ſimul, quantumcunque à ſeinvicem diſcreti, & ſeparati fuerint, niſi quod eſt omnipræſens. *Argum.* 9. Sect. 28. Matt. 18. 20 Matt. 28. 20

Reſpondet *Wolzogenius* his verbis, *eodem modo hæc locutio, ut & aliæ infinitæ etiam de Deo uſurpantur, & Dicitur eum illis rebus vel perſonis adeſſe quarum curam gerit, & in quibus aliquid operatur & efficit, cum ergo Deus Chriſtum in potentia, ac poteſtate, ac ſapientia ſibi ſimilem & æqualem reddiderit, ut is æque ac Deus ipſe omnipræſens eſſe per ſuam ſolam virtutem ac Spiritum poſſit, quæ vult, in terris efficere, non neceſſarium eſt, ut hæc verba de ipſius eſſentiali præſentia in terris accipiantur.* In M. c. 8. 20.

Hoc non eſt reſpondere, ſed rem ipſam concedere, qui enim æque, ac Deus ipſe omnipræſens eſt, is proculdubio habet omni- Reſp.

præsentiam illam quæ Deo competit, ipsumque Deum constituit, ostendat igitur, si potest, *Wolzogenius* quomodo potentiam, sapientiam præsentiam æqualem Christo tribuere poterit, æquali essentia disjunctam, aut quomodo Deus, vel Christus virtutem suam exerere possint ubi reipsa præsentes non sint, aut aliquid agere ubi non fuerint, aut nobis permittant, id certum & exploratum ducere eum qui in nobis operatur, & sua virtute aliquid in nobis efficit, essentia pariter nobis adesse. Hoc Argumento Deitatem Christi probat *Novatianus* his verbis. *Si homo tantummodo Christus quomodo adest ubique invocaturis, cum hæc non hominis natura sit sed Dei ut adesse omni in loco possit. Eodemque Argumento contendit Origenes* Deum Solum & Christum adorandos esse, quia *ubique præsentes sunt*, Christumque præsentem esse *non modo cum suis semper, sed etiam* μετὰ πᾶσι καὶ ἐν ἀθέοις αὐτὸ παντα χοῦ *cum nescientibus eum ubique* quodque *Pharisæi* ἄνθρωπον τέλειον ἅγιον μόνον ὑπολαμβάνοντες τὸν χριστὸν *suspicantes Christum tantummodo hominem sanctum & perfectum esse eum ignorabant*, probat Idem *Origenes* quoniam *invisibilis licet fuerit Deitate sua, præsens tamen fuerit omni homini, & per universum orbem extensus. Ubi &* Deitatem Christo, & Deitatis ratione omnipræsentiam eidem conceptis verbis adtribuit, quod etiam reliquis *Patribus Ante Nicænis* familiare est.

de Trin. c. 13.

contr. Celsum l 5 p. 239.

ὡς μὲν ὁρατὸν εἰ τῇ ἐνδημίᾳ αὐτοῦ παρὼν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις, πᾶσι δὲ ὅλῳ τῷ κόσμῳ συμπαρεκτεινόμενον. To. 8. in Joh. Ed. Huet p. 122. D. E.

Ultimo, Is qui novit omnia est Deus, habet enim intellectum tantæ capacitatis quantæ est intellectus Dei, quantus autem est intellectus, tanta est essentia cujus intellectus est facultas vitalis & proprietas essentialis, Christus autem novit omnia *tu enim Domine*, inquit *Petrus*, *nosti omnia, tu scis quia amo te*: quo in loco Argumentum *Petri* ejusmodi est; qui novit omnia is novit quid sit in corde meo, novit amoris quo eum prosequor veritatem & vehementiam, novit quam sincero corde profiteor amorem erga se meum,

Argum. 8. Sect. 29.

Joh. 21. 17

Huic Argumento nihil responsi dat *Wolzogenius*, *Schlictingius* hoc tantum quod *omnia scire*, *per usitatam Synecdochen, dicuntur qui multa sciunt*. Quod plane Argumentum *Petri* corrumpit, non enim sequitur Christum sinceritatem cordis Petri exploratam habuisse quia multa nosset, cum illud nihilominus eam latere potuerit, Hoc attributum Christo tribuunt *Patres primævi nihil* enim *latere Dominum nostrum* affirmat *Ignatius. Justis appropinquat Dominus*

οὐδὲν λανθάνει τὸν κύριον ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐγγύς ἐστιν. Ep. ad Ephes. §. 15.

minus, inquit *Clemens Alexandrinus*, *& nihil eum latet ex noſtris cogitationibus & quas facimus animo diſſertationibus, Dominum Jeſum dico qui omnipotente ſua voluntate cordium noſtrorum inſpector eſt.*

ὅπως ἐγγίζῃ τοῖς δικαίοις ὁ Κύριος ᾧ οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν ἢ ἐννοιῶν ἢ διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα, τὸν Κύριον Ιησοῦν λέγω τὸν παντοκρατορικῷ θελήματι ἐπίσκοπον τῆς καρδίας. *Strom. l. 4. p. 517. B.*

Et rurſus *nunquam à ſua excedit ſpecula Dei Filius, ut qui non dividatur, non diſſecetur, non tranſeat a loco ad locum, ſit autem ſemper ubique, & continuatur nuſquam, tota mens, tota lux paterna, totus oculus, qui omnia videt, omnia audit, ſcit omnia poteſtate ſcrutatur poteſtates, ei ſubjecta eſt univerſa militia, & Angelorum, & Deorum.*

ὅλος νοῦς, ὅλος φῶς πατρῷον, ὅλος ὀφθαλμὸς πάντα ὁρῶν, πάντα ἀκούων, εἰδὼς πάντα, δυνάμει τὰς δυνάμεις ἐρευνῶν. *Strom. l. 7. p. 702. A. B.*

Ubi Filii Dei ubiquitatem, omniſcientiam, omnipotentiam, Solis, ut aiunt, Radio deſcriptam videre eſt.

Sect. XXX. Abſolutis Argumentis hiſce è Scriptura ductis, unicum adhuc reſtat paucis abſolvendum. Nempe quod admiſſa *Socinianorum, Arianorumve* ſententia, invicta *Judæis* ſuppeditentur Argumenta adverſus Chriſti ipſius cultum retorquenda, immo fundamenta iis ſuppeditabimus quibus Chriſtianam Fidem non eſſe ab iis admittendam, rationibus haud facilè ſolvendis comprobaturi ſint. Nam

1°, Hoc, inquient, in Scripturis noſtris ſæpius proponitur imprimis obſervandum, & diligentius, in Idololatriæ cujuſvis remedium, animis noſtris infigendum, *Deum eſſe unum.* Sic enim *Iſraelem* Deus alloquitur, *Audi Iſrael Dominus Deus tuus Deus unus eſt;* Ubi ultima litera in voce שמע, & in voce אחד, magnis characteribus depingunt, ad attentionem huic dicto conciliandam. Unde nos, ex antiqua traditione continuò hæc verba legimus manè & veſperè, nec quicquam in lege, æquali veneratione dignamur. Hoc Deus nobis perpetuò in mentem revocat quod *ipſe Deus eſt, & quod* אין עוד מלבדו, οὐκ ἔστι πλὴν αὐτοῦ *non eſt Deus amplius præter eum. Videte*, inquit, *quod Ego, ego ipſe ſum,* ראו עתה *& non eſt Deus mecum;* hoc omnem populum terræ ſcire voluit, quod *Dominus ipſe ſit Deus, & non eſt ultra Deus. Scriptura* eum ſolum Deum pronuntiat: *Tu es Deus ſolus,* σὺ εἶ ὁ Θεὸς μόνος ὁ μέγας, *Solus Deus Magnus; Tu ipſe ſolus Deus es omnium Regno-*

Deut. 6. 4.

Deut. 4. 35, 39.

Ib. 32. 39.

1 Reg. 8. 16.

Pſ. 86. 10.

Eſ. 37. 16.

Regnorum terræ, idque oſtendit non tantum via remotionis, di-
Eſ.45.5,6. cendo, *Ego Dominus, & non eſt adhuc,* זולתי אין אלהים *præter me non eſt Deus. Hoc ſciant omnes ab ortu Solis, & ab occidente;* quod nihil præter me eſt, *Ego Dominus & non eſt amplius,* ſed quandoq;
Eſ. 44.6. cum hoc proœmio, *Ego primus & ultimus, & præter me non eſt Deus.* Quandoque per modum comparationis, אין כמיך באלהים
Pſ. 86.8. *Non eſt ſimilis tibi inter deos, non eſt ſecundum opera tua,* id eſt, qui faciat. Quandoq; per modum interrogationis vehementer id ne-
2 Sam. 22. gando, *Quis Deus præter Jehovam, & quis petra præter Deum no-*
32. *ſtrum?* τις ἰσχὺς πλὴν Κυρίου τις κραταίωμα πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. *Nonne*
Pſ. 18.32. *Ego Jehova?* ואין עוד *& non eſt alius præter me, Ego Deus ſum, &*
Eſ. 45.21, *non eſt alius.* Quandoque per modum præcepti לא תדע *Deum præ-*
22. *ter me non cognoſces, & ſervator non eſt* παρ ἐξεμὲ, *me excepto.*
Hoſ.13.4.

Cum ergo *Theologia Chriſtiana*, ſi ea juxta *Socini*, aut *Arii* placita inſtituenda ſit, Deum alium, eſſentia plane diverſum à Deo *Iſraelis* nobis proponit agnoſcendum, non poſſumus hunc novum Deum admittere, niſi his claris Scripturæ, & juris naturalis præceptis nuntium remittamus, Deoq; noſtro in os contradicamus, dicendo *Eum non eſſe ſolum Deum, omnium Regnorum Terræ*, ſed *eſſe ultra Deum, eſſe Deum præter ipſum.*

Eſ. 43.11. Porro *Dominas* noſter non ſemel nos docuit, *Non eſſe alium ſervatorem ſe excepto,* idque propheticè loquendo de temporibus *Meſſiæ;* quomodo ergo hunc *Jeſum* pro *Servatore* poſſumus agnoſcere, qui Deus eſſentia alius, adeoque *Servator* alius agnoſci debeat.

2°, Cum Chriſtus veſter, *Deus*, immo *Deus ſuper omnia benedictus in ſæcula*, conceptis verbis appelletur, & tamen eum eſſe Deum *Iſraelis*, verumque natura, & eſſentia Deum ſtrenuè denegetis, hæc certe nos admittere non poſſumus, utpote qui noverimus non eſſe Deum niſi unum; præſertim cum hæc ſit *JEHOVÆ* noſtri continua *Periphraſis*, qua eum à cæteris diis omnibus diſtinguimus, quod ſit *Deus Benedictus in ſæcula.*

3°, Quæ vero & unico *Jehovæ* Scripturæ noſtræ attribuunt, veſtra *Theologia* Chriſto adſcribit, & tamen eum eundem eſſentia Deum eſſe cum Deo *Iſraelis* palam inficiatur, hunc Chriſtum *omnes Angeli jubentur adorare*, ei *omne genu flectendum eſſe, omnique lingua confitendum* dicitis, Is *primus, & ultimus* multoties dicitur, eique mundi abolitionem tribuitis, cum ergo is de quo hæc dicta fuerint, ſit *Jehova Dominus Deus univerſæ terræ Altiſſimus ſuper omnem terram* atque ipſiſſimus ille Jehova, qui *juravit quod ſibi curvabitur omne genu*, cum *primus & ultimus* qui fuerit, ſit etiam *Dominus exercituum præter quem non eſt Deus*, cum terræ cœlique mutationem

eidem

eidem *Jehovæ* adſcriptam videmus, qui *terram initio fundavit, & cujus manum opera ſunt cœli, hæc creaturæ*; & non eidem eſſentia Deo tribuendo, fieri non poteſt quin gloriam Dei noſtri alteri adſcribamus.

4°, Deum *Iſraelis* eum eſſe dicimus, qui eſt *Altiſſimus ſuper omnem terram, qui regnat in terris, cujus Regnum eſt ſuper omnia, qui eſt terræ univerſæ, Gubernator, & cujus virtute omnia in perpetuum ordinanda ſunt.* Hæc omnia Chriſto *Theologia* veſtra adſcribit, & tamen eundem eſſentia, Deum eſſe Chriſtum pernegat: quomodo ergo *Imperium in omnia quæ ampliſſimo non ſolum terræ, ſed etiam cœli ambitu continentur*; eidem concedere vobiſcum poſſimus, niſi Dominum, & Deum noſtrum| Regno ſuo privemus, & ſolio ſuo detrudamus?

5°, Mandatum *de* hoc *Deo adorando, eique ſoli ſerviendo* haud minus perſpicuum, pariſq; momenti Solis radio ſcriptum, & ſæpius in *Idololatriæ* omnis remedium habemus repetitum. Factum id eſſe, ut nos in vero ſui unius cultu Deus noſter retineat, nemo inficias ibit, qui novit idcirco *æmulatorem* ſe poſtea vocari, quia conſortium ferre nequit, idcirco pronuntiare Deum ſe vindicem futurum ſuæ Majeſtatis, ac Gloriæ, quia non patietur impunè tantillum cultus ſibi debiti in alium transferri.

Cum ergo Theologia juxta *Socinum* verè Chriſtiana, alium ab uno Deo *Iſraelis* eſſentia diverſum, æquali honore, & cultu proſequendum nobis exhibeat, id certe admittere non poſſumus niſi *Idololatriam* illam, cujus gratia tam dira antea perpeſſi ſumus, renovare, Deumque Majeſtatis ſuæ, & Gloriæ vindicem acerrimum, ad iram provocare velimus.

6°, Solenniter teſtatus eſt Deus noſter ſe *Gloriam ſuam alteri minimè daturum*, hocque ideo monuit ne nos rem ei gratam nos facere poſſe conciperemus unquam, honorem, laudem, cultumque adeo divinum alteri tribuendo; Adorando autem Chriſtum natura non Deum, ſed hominem, à natura Dei *Iſraelis* planè diverſum, nonne hanc gloriam alteri concederemus?

7°, Quoties in Scripturis noſtris audivimus hoc Deo noſtro proprium eſſe *ſcrutari corda reneſque*, eumque ſolum *corda omnium hominum ſcire?* hoc cum *Theologia* hæc veſtra homini Chriſto attribuit, quomodo vobiſcum conſentire poſſimus, niſi alium à Deo *Iſraelis* in Dei ſolium evehendo.

8°, Quoties admonuit idem Deus preces noſtras ad eum dirigendas eſſe, *eumque ſolum in die tribulationis eſſe invocandum*, quomodo ergo recipere poſſemus *Theologiam* veſtram, quæ Chriſtum natura

non

non Deum, ſed alium prorſus à Deo *Iſraelis*, corde, oreque pro bonis omnibus invocandum proponit?

Jer. 10. 11. 9°, Scripturæ noſtræ diſertim monent, *deos qui non fecerunt cœlum & terram, tollendos eſſe de terra, & de ſub cœlis.* Nonne autem hoc oraculum nos impedire debuit ne quem pro deo haberemus & coleremus, qui non feciſſet cœlum & terram? impedire ergo nos debet ne Chriſtum, qui veſtra confeſſione cœlum & terram non fecit, recipiamus, & colamus, ſic enim cauſam noſtram coram Dei Tribunali agemus, Tu Domine nos docuiſti deos qui cœlum & terram non fecerunt deſtructum iri, idque oraculum voluiſti à *Propheta Chaldaice* ſcribi, à nobis memoriter ediſci haberique in promptu, ad repellendam *Idololatriam*, adeoque altiſſime cordibus noſtris infigi, ne quem Deum qui non feciſſet cœlum & terram, reciperemus, ut coleremus. Noli igitur, quæſumus, nobis ſuccenſere, ſi tuo iſto tanto oraculo admoniti Deum qui non fecit cœlum & terram, recipere, & colere renuimus.

10°, Denique ea quam jam habemus, & ſemper habuimus *Jehovæ* noſtri Idea, eum nobis repræſentat omnipreſentem, omniſcientem, omnipotentem, qui ergo ſub iis ideis nobis colendus proponitur ſi Deus non fuerit, pro Deo altero, Deoque alieno habendus eſt, quomodo ergo hæc Chriſto veſtro vobiſcum adſcribere poſſumus, quem verum eſſentia Deum non eſſe contenditis, quin alienos Deos colendi nos crimine obſtringamus?

Deut. 13. 1. 2, 3. Fruſtra hic ad miracula confugitis à Chriſto veſtro facta nos enim adverſus hæc omnia munivit Deus noſter, dicendo *Quicunque Propheta miracula faciens populum à Deo avertere tentaverit, ad cultum alium, Deumque alienum quem Patres noſtri non noverant adorandum ſuaſerit, rejiciendus eſt*, cum ergo tot argumentis probaverimus Chriſtum veſtrum eſſe Deum alienum, his miraculis non obſtantibus, ex noſtri *Jehovæ* mandato rejiciendus eſt,

Hæc cum ita ſint aut excuſandi videntur *Judæi*, donec his Argumentis reſponſum *Socini Hyperaſpyſtæ* dederint, aut fatendum eſt id quod res eſt, Dominum N. J. Chriſtum feciſſe cœlum & terram, eundemque eſſentia eſſe cum Patre Deum, qui & populum *Iſraeliticum* ex *Ægypto* eduxit, & per *Prophetas* locutus eſt.

Sect. XXXI. Ex Altera Parte Deus in carne manifeſtatus, *Verbum caro factum, totaque Deitatis plenitudine in Chriſti corpore inhabitans*, non tantum o mnem ſpeciem, & colorem ab his *Judæorum* objectionibus removet, ſed cum receptis iſtius Gentis notionibus de Deo *Columnam nubis*, *Tabernaculum Templumque* inhabitante, amiciſſime conſpirat.

In

In Columna enim nubis, juxta eorum *Theologiam*, erat *Jehova*, ſive *Angelus Jehovæ*, de quo ſic *R. Menachem* in locum, *Hic Angelus erat Shechinah præſentia ſive Majeſtas Dei, Angelus autem & Rex mundi dicitur, quoniam per ejus manus mundus gubernatur.* Hinc columna illa vocatur *Nubes Jehovæ*, i. e. juxta *Targum Hieroſolymitanum, Nubes præſentiæ divinæ Domini*, ſplendente Nube δόξα κυείυ, *Majeſtas Dei* coruſcans apparuiſſe dicitur. Et quoniam Deus in hac Nube habitavit, in *Shechina*, ſeu *Majeſtate ſua habitare dicitur in medio populi ſui*, & videndo hanc Nubem coruſcantem. juxta *Paraphraſten Chaldaicum*, videbant *Gloriam Dei.* Immo Deus apud *Ezekielem* deſcribitur tanquam *in Nube & igne exiſtens*, eaq; apparitio appellatur *Gloria Dei*, Nubeſq; ipſa νεφελη δόξης κυείυ, & cum hæc Nubes Templum impleviſſet, tunc opera comprobavit Dominus, dicente *Solomone*, quod *habitaret in ſpiſſa caligine*, Sanctuarium eo fine conſtructum fuerat, *ut Deus habitaret inter eos.* Qua de cauſa nuncupatur *Domus Dei*, משכן *Manſio ſanctitatis ejus, Requies Dei, Facies Dei* (i. e. juxta *Chaldaicam Paraphraſin, Majeſtas Dei*) *Tentorium quod fixerat inter homines*, & in hoc Tabernaculo habitando fecit *Faciem Majeſtatis ſuæ habitare inter eos.*

Ex. 14. 19. 24. Aliniw. in locum. Ex. 40 38. Num. 10. 14. v. 36, 37. Nu. 14. 14. Ezek. 4. 10, 4. 2 Chr. 5. 13. 1 Reg. 8. 10, 12. Deu. 13. 18. 1 Sam. 2. 29. Pſ. 26. 8. 68. 6. Pſ. 76. 6., 68. 5, 9.

Arca Dei, quæ in hoc Sanctuario poſita fuit, vocatur *Locus Dei*, eaque intrante in Sanctuarium, *Jehova Rex Gloriæ ingreditur*, Illa mota *canebant Sacerdotes ſurge Jehova*, &c. eaque quieſcente, *Revertere, Domine, in Requiem tuam.* Dum coram hæc Arca tripudiis geſtit *Pſaltes Requies, ſaltare* dicitur *coram Jehova.*

Pſ. 132. 5. Ex. 25. 9. Nu. 10. 34, 35.

Arca hæc etiam *Facies Dei* appellatur, & *cum præſentia* τῦ Θεῦ λόγυ *conjuncta*, juxta Doctiſſimum *Teniſonum, Habet nomen Jehovæ ei adſcriptum*, Num. 10. 36. 1 Sam. 47. 6, 20. 2 Sam. 7. 6. Pſal. 24. 7, 8. Pſal. 68. 8, 25.

Templum etiam vocatur *Habitaculum Dei, locus in quo poneret Nomen ſuum*, ſeu Majeſtaticam ſuam præſentiam, juxta *Chaldaicum Paraphraſten, Solium gloriæ ſuæ, Locus manſionis Majeſtatis ſuæ.*

Pſal. 24. 6. 42. 2. Tractat. de Idol. c. 14. p. 343. 2 Chr. 36 15. Deut 12. 5, 9. 1 Reg. 8. 29. 9.

Eſt autem obſervatu dignum,

1°, In novo Fœdere, Chriſto, verboq; in carne noſtra habitanti, alluſionem ad hæc omnia manifeſtam fieri, Sanctuarium etenim, quod erat Dei Habitaculum, vocatur Græce σκλών, tentorium, Hebraice autem אהל שכן באדם *Tentorium quod inter homines figebat* Deus. Et alluſione ad conſpicuam Dei præſentiam in hoc Sanctuario, *Verbum*, inquit *Apoſtolus*, ἐσκλώωσεν ἐν ἡμῖν. *Tentorium ſuum inter nos fixit, & vidimus ejus* δόξαν *Gloriam*, ſive *Shechina, Hebræos* etiam ſuos alloquens *Paulus Hebræus*, Chriſti corpus vocat

Joh. 1. 14. Hebr. 8. 9.

τελειοτέραν σκηνὴν, *perfectius Tabernaculum*, Chriſtumq; ipſum *Miniſtrum Tabernaculi veri quod fixit Deus, & non homo.*

2°, Alluſione facta ad *Cherubinos* quorum facies erga Arcam verſæ erant, & quorum oculi verſus propitiatorium ſpectabant, *Angelos, D. Petrus* inducit παρακύπτειν, *caput incurvantes, ut penitiorem Chriſti*, veri propitiatorii, *aſpectum habeant.* 1 Pet. 1. 12.

3°, Reſpectu habito ad *Templum* Chriſtus naturam humanam in qua habitabat, Templum appellat, *Solvite*, inquit, *hoc Templum*, in quo Λόγος habitat, & Pater manet, uti in *Templo Judaico* habitavit; *Et ego tribus diebus ſuſcitabo illud.* Porro ad *Templum* ſuum venire is dicitur qui eſt ὁ Κύριος, & *Angelus fœderis, quem quærebant Judæi, & in quo delectabantur*, loquente *Propheta, de gloria ſecundi Templi, ſic incipit, Ego vobiſcum ſum;* i. e. juxta *Chaldaicam Paraphraſin, Verbum meum erit vobis auxilio*, in orationis progreſſu *gloriam huic Templo ampliorem promittit, quam ea quæ Templo Solomonis*, contigerat, quod aliter fieri non potuit quam ſupplendo Auguſtius, quæ Templi prioris ornamenta cum fuerint, decuſque eximium, Secundo huic Templo defuerant, *Arca nimirum, & præſentia Majeſtatica*, hæc autem aliter ſuppleri non poterant quam ejus præſentia qui *Templo major erat*, Arca illuſtrior, veraq; *Shechinah* in cujus corpore habitabat *tota divinitatis plenitudo.* Joh. 2. 19. Mal. 3. 1. Hag. 2. 4.

Notandum ſecundo inter habitationem divinæ præſentiæ in Columna nubis, in Sanctuario, & in Templo, & habitationem Dei Verbi in Chriſti carne duo hæc eſſe diſcrimina. Primo quod divina præſentia tentorium tunc fixerat in rebus inanimatis, & viliori materia, nunc autem in natura humana, Spiritus Sancti virtute in utero Virginis formata. Secundo quod unio τῷ Λόγῳ Chriſti humanæ naturæ arctior, inſeparabilis, & perpetua fuit, Dei in Sanctuario, in Templo, in Columna nubis habitatio temporaria erat, minus arcta, multiſque de cauſis ſeparabilis, qui ergo Deum in Arca, Sanctuario, Columna nubis, Temploque habitantem agnoſcebant, eum in Chriſto tentorium ſuum fixiſſe, poſt tot divinitatis Chriſti indicia, negare non poterant.

SECT.

SECT. II.

ATque hæc ſunt Argumenta *Patrum Ante-Nicænorum* ex Scripturis ducta, quibus, ante infelicem *Arij* ortum, doctrinam Sanam & Orthodoxam, de Chriſti Deitate, propugnabant. Super ſunt haud pauca, nec minoris fortè momenti aut Roboris, quæ veritatis ejuſdem fidem faciant ampliſſimam, ſed quoniam id noſtri inſtituti fuit Patrum *Ante-Nicænorum* rationes colligere, nec ea quæ variantium *Codicum* lectione incerta reddantur, in medium adferre, ea miſſa faciens, cum bono Deo progredior ad *Antiquitatis primævæ* teſtimonia quibus hanc, quam ex Scripturis ſtabilivimus, fidem ab *Apoſtolis*, eorumque diſcipulis acceptam fuiſſe, per totum Chriſtianum orbem ſparſam, ſummo ſtudio, & cura ab Eccleſiæ *Antiſtitibus* conſervatam, miroque conſenſu, & quaſi uno ore prædicatam, & ad poſteros derivatam luce clarius eluceſcet.

Et quoniam opus aggredior quod *Bullus* noſtras pietate ſumma, & doctrina vir præditus, atque in Antiquitatis totius ſcriptis verſatiſſimus, opere ære perenniori, ad doctorum invidiam, & Novatorum Cordolium, ſummo ſtudio, judicio, & induſtria peregit, ea conabor potiſſimum Antiquorum teſtimonia ſeligere, quæ vel ejus diligentiam fugiſſe videntur, vel quibus aliquid adjicere poſſe nos noſtro ſaltem judicio exiſtimamus.

Sect. I. Inter Scriptores autem Eccleſiaſticos qui Chriſti veram Deitatem verbis conceptis, vel juſta conſequentia nobis tradiderunt, primum locum obtineat *Barnabas*. Is enim loquens de filio Dei ſe in carne manifeſtante, oſtendit hoc carnis indumentum fuiſſe prorſus neceſſarium ut eum videntes non moreremur. *Niſi enim*, inquit, *veniſſet in carne, quomodo nos homines videntes eum, ſervati fuiſſemus, quandoquidem qui ſolem hunc opus manuum ejus aliquando deſiturum aſpiciunt, non valent Radios ejus obtueri.* Ubi duo invicti roboris Argumenta pro Chriſti Deitate exhibet. 1. Eſt quod Chriſtum, *niſi carne involutum, videre*

εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ, πῶς ἂν ἐσώθημεν ἄνθρωποι βλέποντες αὐτόν ὅτι ἤ μέλλοντα μὴ εἶναι ἥλιον ἔργον χειρῶν αὐτοῦ ὑποδέχονται βλέποντες ἐκ ἐχύσαν εἰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀνυφθαλμῶσαι *ab. init.*

non ſuſtinebamus, quis autem neſcit Argumenti hujus fundamentum eſſe Dei ipſius effatum toties in veteri teſtamento repetitum
Ex.33. 20. nempe *hominem Deum videre non potuiſſe & vivere*, quod adeo Ju-
Jud. 6 22. 13. 22. dæis infixum erat, ut vel Deum videntes, præſentem mortem expectarent, vel ſi iis vivere poſtea conceſſum eſſet, id tanquam in-
Eſ. 6. 5. Gen. 32. 30 ſigne miſericordiæ divinæ indicium reſpicerem. 2. Quod Chriſto *Creationem Solis*, adeoque cœli ac terræ adſcribit, *Solem eſſe opus manuum ejus* dicendo, cœlos autem eſſe manuum *Jehovæ* opus multoties Scriptura indicat. Ille ergo Dei filius cujus manibus idem opus à *Barnaba* tribuitur, *Jehova* merito dicendus eſt, aut uti habet Epiſtolæ hujus Antiqua verſio, *Orbis terrarum Dominus*. Huc
§. 5. §. 12. accedit quod *Gloriam Jeſu* in eo conſiſtere facit ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα καὶ
Col. 1. 16. εἰς αὐτὸν *quod per ipſum ſunt omnia, & in ipſum*, plane cum D. *Paulo*, conſentiens à quo audivimus ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα καὶ εἰς αὐτὸν. *omnia per ipſum, & in ipſum creata ſunt*. Porro apud eundem *Jeſus non eſt filius hominis* (ſubaudi tantum) *ſed filius Dei, typo, & carne manifeſtatus*, quod probat eo quod *David*, cujus filius dicebatur,

Ἰησοῦς οὐκ ὁ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀλλ' ὁ υἱὸς θεοῦ τύπῳ, καὶ ἐν σαρκὶ φανερωθείς. §. 12.

ſic de eo loquitur, *dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, vides quomodo David eum vocet* Κύριον, καὶ υἱὸν θεοῦ *Dominum & filium Dei*, atque hoc filio *Navæ* de ipſo manifeſtatum fuiſſe probat his
Ex. 17. 14. verbis, *exſcindet à Radicibus omnem domum Amalek* ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐπ' ἐκάτων τῆς ἡμέρων, quæ verba licet apud *Septuaginta Interpretes* non occurrant, cum *Hebræorum* traditionibus conveniant, ii enim, notante *Ainſwortho* in locum, hæc eſſe *temporibus Meſſiæ* implenda docent, hic ergo agnoſcit eum qui *carne manifeſtatus eſt* fuiſſe longe antea filium Dei, & *Davidis* Dominum, quod non longe abeſt à
1 Tim. 3 16. D. *Pauli* myſterio θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκι. *Deus manifeſtatus eſt in carne*, eſtque ipſiſſimum Argumentum quo *Chriſtus* ipſe oſtendit
Mat. 22. 45 *Meſſiam* eſſe pluſquam *Davidis* filium.

Barnabam ſequatur *Ignatius* qui decies ad minimum Chriſtum *Chriſtianorum Deum* eſſe pronuntiat. Is enim, *Proœmio Epiſtolæ* ad *Epheſios*, dicit *Eccleſiam Epheſinam* ἐν θελήματι τοῦ Πατρὸς, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν *in voluntate Patris, & J Chriſti Dei noſtri unitam, & electam eſſe*. *Proœmio Epiſtolæ* ad *Romanos*, Chriſtum bis vocat
§. 7. τὸν θεὸν ἡμῶν *Chriſtianorum Deum*. In *Epiſtola* ad *Epheſios* eum pronuntiat *genitum, & ingenitum*, ἐν σαρκὶ γενόμενον θεὸν *Deum in carne exiſtentem*, plane ad mentem D. *Pauli* nuper citati, & *Johannis* qui de λόγῳ, quem Deum appellaverat, hoc adjecit, *& verbum caro factum eſt*. Rurſus in eadem epiſtola hæc habet *nihil latet Dominum ſed*

&

& arcana noſtra prope ipſum ſunt, omnia igitur faciamus ſicut ipſo in nobis habitante, ut illius ſinus templa & ipſe ſit in nobis Deus noſter, quomodo & eſt. Ubi de Chriſto loqui *Ignatium* indubium eſt ex tota orationis ſerie, in qua eum de quo verba facit, *Jeſum* appellat, *unicum Chriſtianorum Doctorem*, & cujus opera *ſilenter geſta ſunt* ἄξια τ Παθὸς *Patre digna.* Eundemque pro Deo ab *Ignatio* habitum eſſe haud minus liquet, non tantum ex eo quod *nihil illum latere*, quod *Chriſtianorum abſcondita omnia eidem perſpecta eſſe* pronuntiat, quod *Chriſtianos ipſius Templa eſſe* doceat. Sed præcipue quoniam Chriſtum in templis hiſce habitantem ἐν ἡμῖν θεὸν *Deum in nobis* appellat. In eadem Epiſtola hæc habet, *Deus noſter Jeſus Chriſtus in utero geſtatus eſt à Maria.* In *Epiſtola* ad *Trallianos* hortatur eos manere ἀχωρίστους θεῦ Ιησῦ Χριστῦ *indivulſos à Deo Jeſu Chriſto.* In *Epiſtola* ad *Romanos* hæc habet, *Deus noſter Jeſus Chriſtus in Patre exiſtens, magis apparet. Epiſtola* ad *Smyrnæos* ſic incipit *Glorifico Jeſum Chriſtum Deum qui tanta ſapientia vos donavit.* Atque in eadem *Epiſtola Philonem, & Rheum* διακόνους Χριστῦ Θεῦ Chriſti *Dei Miniſtros* appellat. Denique Epiſtolam ad *Polycarpum* ſic claudit, *Opto vos valere ſemper* ἐν Θεῷ ἡμῶν Ιησῦ Χριστῷ *in Deo noſtro Jeſu Chriſto* atque ita vidimus *B. Martyrem* undecies affirmantem Chriſtum eſſe *Chriſtianorum Deum* adeo ut minus neceſſe fuerit loca alia compilare in quibus Chriſtum *æternum Dei verbum Patri præ ſeculis omnibus unitum, à Chriſtianis invocandum* diſertiſſimis verbis enuntiat.

πάντα οὖν ποιῶμεν ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοὶ, καὶ αὐτὸς ᾖ ἐν ἡμῖν θεὸς ἡμῶν, ὅπερ καὶ ἔστιν. §. 15.

ὁ θεὸς ἡμῶν Ιησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυφορώθη ὑπὸ Μαρίας. §. 18. §. 7.

ὁ Θεὸς ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς ἐν Πατρὶ ὤν, μᾶλλον φαίνεται. §. 3.

δοξάζω Ιησοῦν Χριστὸν τ θεὸν ὅτως ὑμᾶς σοφίζοντα. §. 1. §. 3.

Idem *Martyrio* coronandus, cum *Imperatorem* docuiſſet quod εἷς θεὸς ἀληθὴς *unus verus Deus eſſet qui cœli, terræ, maris, & omnium quæ ſunt in ipſis creator fuerit*, non veretur tamen coram *Senatu* profiteri, & audacter dicere, ὁ ἐμὸς Κύριος & θεὸς Ιησοῦς Χριστὸς *Jeſus Chriſtus eſt Dominus, & Deus Meus.*

Epiſt. ad Magnes. §. 6, 7. ad Polyc. §. 3. Ep. ad Eph. §. 10. ad Rom. §. 4. Martyr Ignat. §. 4. §. 7.

Sect. II. *Polycarpus* illuſtre fidei ſuæ argumentum exhibuit in oratione hac ad Deum, ſub ultimam *Martyrii* horam, habita. *Domine Deus Omnipotens, Pater dilecti, & Benedicti filii tui Jeſu Chriſti ---- de omnibus laudo te, Benedico*

σὺν τῷ αἰωνίῳ, & ἐπουρανίῳ Ιησοῦ Χριστῷ --- μεθ' οὗ σοι & πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα, & νῦν, καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας, Αμὴν. Martyr. Polycarp. §. 14.

tibi

tibi, Glorifico te, cum ſempiterno, & cæleſti J. Chriſto, dilecto filio tuo, cum quo, tibi, & Spiritui Sancto, Gloria & nunc, & in futura ſecula, Amen. Qualis uſitata ſemper in Eccleſia fuit ἀξιολογία eorum qui fidem ſuam in *Trinitatem* ὁμόπιων teſtari iſta formula voluerant.

Juſtini Martyris Cohortatio ad Græcos tota in eo impenditur ut Deum unum, & ſolum eſſe, contra *Ethnicos* demonſtret, Chriſtique Religionem Dei unius tantum cultum admittere, atque inde fieri quod nos Chriſtiani θεὸν μὸν μόνον προσκυνεῖμεν *Deum ſolum adoramus*, de Chriſto tamen pronuntiat, quod *primogenitum Dei verbum, & Deus fuerit*, Chriſtus enim juxta *B.* hunc *Martyrem* βασιλεὺς, καὶ ἱερεὺς, καὶ θεὸς *Rex, & Sacerdos, & Deus eſt*, immo prophetarum teſtimonia producit εἰς ἀπόδειξιν ὅτι θεὸς, καὶ Κύριος δυνάμεων ὁ χριστὸς *ad demonſtrandum quod Chriſtus ſit Deus, & Dominus virtutum*, cumque *Trypho ei* objeciſſet, quod dixerat Chriſtum noſtrum προϋπάρχειν θεὸν ὑπὸ τοῦ ἀιῶνων *ante ſecula deum fuiſſe*, agnoſcit ὅτι προϋπῆρχεν υἱὸς τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θεὸς ὤν *quod præextiterat filius creatoris, Deuſque extiterat.* Dicit alibi *Deum principio præ omnibus ſeculis genuiſſe ex ſeipſo* δύναμίν τινα λογικὴν *potentiam quandam rationalem quam Spiritus Sanctus nunc Gloriam Domini, nunc Filium, nunc Sapientiam, nunc Angelum* πότε δὲ καὶ θεὸν *nunc autem Deum appellat, Teſtimonium his*, inquit μαρτυρήσει δὲ *exhibet verbum Sapientiæ, quod quidem idem Deus eſt à Patre omnium genitus, & verbum, & ſapientia, & potentia generantis eſt;* Alibi mentionem facit *Paſſionis quam pertulit Deus per hunc Deum*, plane conſentiens cum verbis *Pauli* dicentis *Deum Eccleſiam ſibi acquiſiviſſe proprio ſanguine.* Denique poſt multa hujuſmodi *Tryphonem*, & ejus Socios ſic alloquitur, *ſi dicta prophetarum aſſequi fuiſſetis, non inficiati eſſetis ipſum eſſe Deum ſolius & ingeniti, ineffabiliſque Dei filium.* Eodemque in loco eum θεὸν προσκυνητὸν *Deum adorandum à Davide appellatum* pronuntiat, & à *Chriſtianis* adoratum fuiſſe, ut vidimus, docet. *Melitonis* librum περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ de incarnatione Dei ſeu potius *de Deo corpore induto* in hanc rem cito, gemens interim ejus ſolummodo titulum nobis ab *Euſebio*, & *Hieronymo* conſervatum eſſe, *Athenagoras* hoc tanquam Chriſtianorum commune placitum fundamenti loco ponit quod

Dial. cum Tryph. p. 251. D. — καὶ λόγου πρωτότοκου ὄντα τοῦ θεοῦ, καὶ θεὸς ὑπάρχει Ap. 2. p. 96.

P. 254. D. p. 167. B. C 284. B. C

Διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τοῦ Act. 20. 28. — ὁ πόνους δὲ δι' αὐτοῦ ὁ θεὸς τοῦ θεοῦ. p. 345.

— αὐτὸν εἶδε θεὸν τοῦ μόνου, καὶ ἀγεννήτου, καὶ ἀῤῥήτου θεοῦ ὑπάρ. p. 255. C.

Euſeb. Hiſt Eccl. l. 4. c. 31. Hieron. Catalog. Script.

quod *Christianorum Theologia Unicum Deum agnoscit, eumq; mundi Creatorem*, quod cum Argumentis haud paucis ex *Philosophorum* dogmatis, & *Prophetarum* scriptis probasset, fatetur Christianos etiam agnoscere *Filium Dei per quem omnia sint facta*, hoc tamen non obstare innuit quo minus Deum unicum agnoscant, *cum pater & filius unum sint.* *Quis igitur*, inquit, *non miraretur Christianos Patrem Deum, Filium Deum, & Spiritum Sanctum prædicantes, Atheos appellari*; eademque repetens, dissertationi hunc tandem finem imponit, *demonstratum est ne quaquam nos esse Atheos, qui universi hujus opificem simulque ejus verbum, ceu Deũ veneramur.*

ὁ λόγος ἡμῖν ἵνα θεὸν ἄγῃ ἢ τῆς ἢ τῶν-τες ποιητὴν. p. 5.

p. 10. C.

λέγοντας θεὸν πατέρα καὶ υἱὸν θεὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον. p. 9. A. 27. A.

ὡς μὴ ἔν ἐσμεν ἄθεοι θεὸν ἄγοντες, ἢ ποιητὴν τῆς δὲ τῆς πανὸς, καὶ τὸν παρ' αὐτῆς λόγον. pag. 34. D.

p. 34 D.

Athenagoram sequitur *Theophilus*, qui, cum premiserat quosdam de *Poetis Prophetarum* vocibus consona dixisse: περὶ Θεοῦ μοναρχίας *de Dei Unitate*; loqui incipit *de Dei Filio, Patri semper coexistente, & per quem omnia fecit, cum Dei potentia & sapientia esset.* De quo ex D. *Johanne* dicit quod Θεὸς ἦν ὁ λόγος, *Verbum erat Deus*, Θεὸς ὢν ἐκ Θεοῦ πεφυκὼς, *Deus existens, & ex Deo genitus*; atque inde tandem concludit *Ethnicos* inique *Christianos* persequi qui *Deum verum colant.*

L. 2. p 87. D. p. 88. D

p. 100. A.

L. 3 p. 140.

Tatianus de uno Deo cum reliquis idem pronuntians, procedit postea *Religionis nostræ secreta pandere*, i. e. loqui de Filio ejus, ὃς ἦν ἐν αὐτῷ, *qui in ipso erat, & qui abs eo genitus produxit hunc mundum*: *materiam sibi ipsi formans*, quod certe Creatoris officium est, denique *Gentes* sic alloquitur, *Non decipimus, O Græci neque nugas vobis nuntiamus Deum sub hominis forma natum pronuntiantes.*

ἀνεγκλήτως τῷ καθ' ἡμᾶς ποιήσαν, αὐτὸς ἑαυτῷ ἢ ὕλαν δημιουργήσαι. p. 145. A. C.

ὁ γὰρ μωραίνομεν, Ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ λήρους ἀπαγγέλλομεν, Θεὸν ἐν ἀνθρώπῳ μορφῇ γεγενέναι καταγγέλλοντες. p. 159. C.

Porro fide *Petavii Aristidem Athenienſem* citamus *Hadriano Principi* de Religione Christiana volumen exhibentem nostri dogmatis continens rationem, *Et quod Christus Jesus solus esset Deus.*

Præf. in Tom. 2. c. 2 Sect. 8.

Irenæus sæpius observat, *quod neque Dominus, neque Spiritus Sanctus, neque Apostoli, eum qui non esset Deus definitive, & absolute Deum nominassent, nisi esset verus Deus*, immo contendit *neque Prophetas unquam, neque Apostolos alium, Deum nominasse, vel*

L. 3. c. 6. C. 8.

Do-

Dominum appellaſſe præter verum, & ſolum Deum. Porro diſtinctionem inter Deum ſummum, & intermedium prorſus tollere videtur dicendo *Eum qui ſupra ſe habet aliquem ſuperiorem, & ſub alterius poteſtate eſt, hic neque Deus, neque Rex Magnus dici poteſt.* Et tamen locis fere innumeris Deum Chriſtum pronuntiat, ut enim ea mittam quæ à doctiſſimo *Bullo* allata ſunt, & contra novorum *Photinianorum* Strophas vindicata, eaque omnia quæ in Latina tantum verſione, heu nimis barbara, occurrunt. Primo is, *Fidem Eccleſiæ per univerſum orbem diſperſæ* recitans, hunc hujus fidei Articulum proponit, *Omne genu flectendum eſſe Jeſu Chriſto, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καὶ Θεῷ, καὶ Σωτῆρι, καὶ Βασιλεῖ, Domino noſtro, & Deo, & Servatori, & Regi.* Libro tertio de Chriſto loquens hæc habet, ἑνῶσαν ἐν, καθὼς προέφαμεν, τὸν ἄνθρωπον τῷ Θεῷ. *Hominem, ut antea à nobis dictum eſt, Univit Deo.* i. e. Unum Deum cum Deo fecit. Et

Παλιν τε μὴ ὁ Θεὸς ἐδωρήσατο τῷ σωτηρίαν ἀκατάβλητον, ἔχοντα αὐτὸν, καὶ εἰ μὴ ζωωθείη ὁ Ἄνθρωπος τῷ Θεῷ ἐκ ἂν ἠδυνήθη μεταλαβεῖν τῆς ἀφθαρσίας ἔδει γὰρ τὸν μεσίτην Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπων διὰ τῆς ἰδίας πρὸς ἑκατέρους οἰκειότητος εἰς φιλίαν, καὶ ὁμόνοιαν τοὺς ἀμφοτέρους ζωγαγεῖν, καὶ Θεῷ μὲν παραστῆσαι τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρώποις δὲ γνωρίσαι τὸν Θεόν. Lib. 3. c. 20. p. 284. & c. 24.

rurſus, *Niſi Deus ſalutem donaſſet, haud quaquam firmam, & ſtabilem eam haberemus: Ad hæc niſi homo cum Deo copulatus fuiſſet, incorruptibilitatis particeps fieri minimè potuiſſet, neceſſe quippe erat ut Dei hominum Mediator, per ſuam cum utroque cognationem, & neceſſitudinem ambos amicitiæ fœdere inter ſe conciliaret, ac Deo quidem hominem ſiſteret, hominibus autem Deum patefaceret.* Et rurſus, ὁ Θεὸς ὢν ἄνθρωπος ἐγένετο, *Deus igitur homo factus eſt.* Et iterum dicit, *Prophetas dixiſſe vocabitur nomen ejus Admirabilis Conſiliarius, Deus fortis, atque ita eum qui eſt ex Virgine natus, Emmanuel prædicantes, unionem Dei Verbi cum ſua creatura declarabant.*

οἱ τὸν ἐκ τῆς παρθένου ἐμμανουὴλ κηρύττοντες τὴν ἕνωσιν τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ πλάσμα αὐτοῦ ἐδήλουν. Lib. 4. p. 284. & c. 24.

Hæc autem quæ ex *Irenæi* verbis, ſua lingua adhuc conſervatis adduximus non tantum probant Chriſtum verum Deum eſſe, ſed etiam ſententiam hanc, ex *Irenæi* ſaltem ſententia, ad ſalutem eſſe neceſſariam, his qui contentus non fuerit adeat *Fevardentium* quinquaginta ejuſdem Patris loca congerentem, ex quibus clarè innoteſcit *Irenæum Sempiternam Chriſti Divinitatem conſtanter tenuiſſe, Clem. Alexandrino* claudam ſecundum hoc ſæculum, vel ſi Doctioribus magis

L. 4. c. 5. Lib 3. c. 6, 18. l. 4. c. 8. 9, 12, &c.

L. 1. c 2, 3.

L. 3. 20.

P. 252, 253

magis arriſerit, ſequentis exordium faciam. Is autem ut antea vidimus, dicit *apparuiſſe hominibus Verbum qui ſolus Deus ſimul & homo fuerit;* Idem *Pædagogum noſtrum pronuntiat Deo Patri ſimilem cujus eſt Filius. Eſt etiam*, inquit, *Deus in forma hominis, impollutus, paternæ voluntati ſerviens Verbum Deus qui eſt in Patre, qui eſt à dextris Patris, & eſt cum forma Deus, in eodem libro, recenſet humanitatis quæ in Chriſto eſt novitatem, & ſenii expertem cum ſimplicitate æternitatem.* Adv. ad Gr. p. 6.

Θεὸς ἐν ἀνθρώπου μίμαις ἄχραντος, πατρικῷ θέλημα διάκονος λόγος, θεὸς ὁ ἐν τῷ πατρί, ὁ ἐκ δεξίων τοῦ πατρός, σὺν καὶ τῷ μίμαις θεός. Pædag. l. 1. c. 1. pag. 80.

Τὸν ἐν Χριστῷ τελαίαν τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ ἀγήρω, καὶ ἀπλότητα, ἀϊδιότητα. C. 5. p. 89. D. 87. A.

Immo quod Novatores noſtros maxime angit, Chriſto conceptis verbis, nec una vice creationem mundi tribuit. *Sumus*, inquit, τῷ λόγῳ τὰ λογικὰ πλάσματα ἡμεῖς, *nos Dei verbi figmenta rationalia;* Nec nos tantum, ſed omnia in univerſum quæ facta ſunt, *idem* enim *verbum* ἀρχὴ θεία πάντων ὑπ' τι καὶ ἔστιν. *Eſtque & fuit divinum principium univerſorum.* Eſt θεὸς καὶ δημιουργός. *Deus & opifex, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Deniq; non tantum Filium comparans cum Patre eum τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων ἐξισωθέντα, *Domino univerſi exæquatum*, ſeu æqualem factum pronuntiat, *Deum quo non eſt Major* ὑὸν ἐν πατρί, *Filium in Patre, & Patrem in Filio;* ſed quod ſit idem ipſe cum Patre, qui cum nunc Pater, nunc Filius nominatur, idem eſt *poteſtatibus multis diſtinctus*, adeo ut ſuſpicandum potius foret, *Clementem* cum *Sabellio* ſapuiſſe, cum hunc *Pædagogum* ſcripſit, atque intellectualem magis quam realem diſtinctionem, Patrem inter & Filium, poſuiſſe, quam *Arianorum* dogmati præluſiſſe. P. 5. Pæd. l. 1. c. 11. p. 133. p. 68. p. 91, 92.

αὐτὸς ἅγια παῖδα αὐτοῦ ὁ ἐν ὢν παλαῖς μιωσυλλάβῳ διωδέκατι. Pædag. p. 118, 119.

Sect. III. *Solus Deus ſine peccato*, inquit *Tertullianus, & ſolus homo ſine peccato Chriſtus, quia & Deus Chriſtus. Infra Angelos diminutus dum homo ſit, quâ caro & anima & Filius hominis, quâ autem Spiritus Dei, & virtus Altiſſimi, non poteſt infra Angelos haberi, Deus ſcilicet & Dei Filius.* Et rurſus, *Ex conſcientia ſcimus Dei nomen & Domini, & Patri, & Filio, & Spiritui convenire. Ita Connexus Patris in Filio, & Filii in Paracleto tres efficit cohærentes, alterum ex altero,* QUI TRES UNUM SUNT, *non unus, quomodo dictum eſt, Ego & Pater unum ſumus, ad* SUBSTANTIÆ UNITATEM, *non ad numeri ſingularitatem.* De Anim. c. 14. De Carne Chriſti c. 14. Adv. Prax. c. 13. C. 25.

Minucius Ethnicorum calumnias refellit his verbis: *Quod Religioni noſtræ hominem noxium, & crucem ejus adſcribitis longe de vicinia veritatis erratis, qui putatis Deum credi aut meruiſſe noxium, aut potuiſſe terrenum, nec ille miſerabilis cujus in homine mortali ſpes omnis nititur;* cum ergo *Minucium* latere non potuit Chriſtum ſpem noſtram in *Sacro Codice* nuncupatum eſſe, carnemque de terra accepiſſe, ei haud dubio aliam originem, qua *Deus*, & *Spes noſtra* dici meruit, adſcripſit.

P. 53.

Hippolytum Bullus doctiſſimus adducit ex *Collectaneis Anaſtaſii*, dicentem Chriſtum θεὸν ἄπειρον ὅμου, καὶ περίγραπτον ἄνθρωπον εἶναι, *Deum infinitum ſimul & circumſcriptum hominem eſſe & intelligi.* Et fateor in toto Antiquitatis penu nihil ad hanc rem illuſtrius occurrere quam ea quæ ſub *Hippolyti* nomine *Anaſtaſius* exhibuit, in quibus ὁ ἐπὶ ὅλων θεὸς, θεὸς ὑπέρτιμος, ὁ ἀεὶ καὶ οὐσιν ὑπάρχων θεὸς, ὁ ἐπὶ ὅλων δημιουργὸς, *Univerſorum Deus, & Conditor, Deus ſuper immenſus, & qui natura ſemper Deus erat, factus eſt caro, factus eſt homo, totus Deus cum fuerit.* Sed ne hæc propter nimiam evidentiam, & propter alia, quæ *Hippolyti* ætati vix congruunt, ſuſpecta eſſent, ex libro de *Antichriſto*, à *Combefiſio* edito, teſtimonia ſatis luculenta profeſſo: Ibi enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus ὁ θεὸς, ὁ θεὸς λόγος, θεὸς καὶ ἄνθρωπος, *Deus, Deus verbum, Deus & homo* appellatur, & Λόγος παλαιὸς καὶ πάντων μεγιόνων, *Verbum Patris ante ſæcula genitum.*

Apud Sirm. p. 215, 216, 229, 231.

P. 98.

Sect. 6, 44, &c.

Sect. 26.

Progredior ad *Cajum Eccleſiæ Romanæ*, circa hæc tempora *Preſbyterum*, libri abs eo ſcripti περὶ τῶ παντὸς, i. e. *de univerſo* Fragmentum exhibuit *Hæſchelius* ejuſdem ad *Photii* Bibliothecam Notis, quo edocti ſumus quod δίκαιοι, καὶ ἄδικοι ἐνώπιον τῦ Θεῦ λόγυ ἀχθήσονται, *Juſti, & injuſti coram Deo Verbo adducentur, ei enim Pater omne judicium commiſit.* Porro egregium ejuſdem Authoris locum in quo contra *Artemonis* hæreſin, doctrinam orthodoxam teſtimoniis Patrum, & Eccleſiæ practica traditione propugnat, infra pollicemur.

P. 21.

Cyprianus libro *de Unitate Eccleſiæ* hæc habet: *Dicit Dominus, Ego & Pater unum ſumus, & iterum de Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto ſcriptum eſt, & hi tres unum ſunt, hanc unitatem qui non tenet, not tenet Patris & Filii fidem, & veritatem non tenet ad ſalutem;* ubi doctrinæ Catholicæ veritatem cum ejuſdem neceſſitate conjunctam perſpicuè tradit.

Ed. Oxon. p. 109.

Ad loca *Novatiani* à Doctiſſimo *Bullo* citata, unicum libet adjicere ſed ponderis maximi, utpote qui medicam manum adhibeat, iis quæ alibi ab eodem Authore incautius dicta videantur. *Deus utique* (inquit) Chriſtus eſt, *procedens ex Deo ſecundum perſonam efficiens,*

C. p. 31.

ſed

ſed non eripiens illud Patri quod unus eſt Deus, ſi enim natus non fuiſſet, innatus, comparatns cum eo qui eſſet innatus, æquatione in utroque oſtenſa biduos faceret innatos, & ideo duos faceret Deos; ſi non genitus eſset, collatus cum eo qui genitus non eſſet, & æquales inventi, duos deos merito reddidiſſent non geniti, atque ideo duos Chriſtus reddidiſſet Deos; ſi ſine origine eſſet, ut Pater inventus, & ipſe principium omnium, ut Pater, duo faciens principia, duos oſtendiſſet nobis conſequenter & Deos, aut ſi & ipſe filius non eſſet, ſed pater generans de ſe alterum ſilium, merito collatus cum patre, & tantus denotatus, duos patres effeciſſet, & ideo duos approbaſſet etiam Deos. Si inviſibilis fuiſſet, cum inviſibili collatus, par expreſſus, duos inviſibiles oſtendiſſet, & ideo duos comprobaſſet & Deos, ſi incomprehenſibilis, ſi & cætera quæcunque ſunt patris, merito dicimus duorum deorum quam iſti confingunt, controverſiam ſuſcitaſſet. Ubi verbis diſertiſſimis oſtendit Chriſtum eſſe Deum Patri æqualem, paremque eo tantummodo excepto quod ſit Deus de Deo.

Adverſus *Pauli Samoſateni* ἀρτεμωθεν, ſeu Chriſti Divinitatem negantis hæreſin Patres *Synodi Antiochenæ decreverunt fidem ſcripto edere, & exponere quam à principio acceperant, & traditam haberent, & ſervatam in Catholica & ſancta Eccleſia ad eorum tempora à Beatis Apoſtolis qui viderunt ipſi & miniſtri fuerunt verbi, predicatam ex lege, & Prophetis & N. Teſt.* hoc fundamento jacto, & profeſſione hac ſoleniter præmiſſa, fidem veram & orthodoxam, non tantum verbis exquiſitiſſimis enuntiant, ſed etiam præcipuis teſtamenti utriuſque θεοπνεύσις quas ſupra laudavimus ſtabilitam dant, cum enim, notante *Bullo, Chriſtum ſapientiam, verbum, virtutemq; Dei ante ſæcula exiſtentem, non præcognitione, ſed eſſentia, & ſubſiſtentia Deum prædicaviſſent; Eos,* inquiunt, *qui contrariam ſententiam amplectuntur, dicens, Filium Dei non eſſe Deum ante ſacula exiſtentem, eoſq; duos deos ponere qui filium Dei deum eſſe predicant, hunc ab Eccleſiaſtica Regula alienum eſſe arbitramur, & omnes Eccleſiæ Catholicæ nobiſcum conſen-*

ἔδοξεν ἡμῖν ἔγγραφον τὴν πίστιν ἣν ἐξ ἀρχῆς παρελάβομεν, καὶ ἔχομεν παραδοθεῖσαν, καὶ τηρουμένην ἐν τῇ καθολικῇ, καὶ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας ἐκ διαδοχῆς ὑπὸ τῶν μακαρίων Ἀποστόλων, οἱ καὶ αὐτόπται, καὶ γενόμενοι τοῦ λόγου καταγγελομένων ἐν νόμῳ, καὶ προφήταις, καὶ τῇ καινῇ διαθήκῃ, ταύτην ἐκθέσθαι. Concilior. Pariſ. To. 1. p. 844.

ὃς δ' ἂν ἀνθιμάχῃ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ θεὸν μὴ εἶναι πρὸ καταβολῆς κόσμου. πρῶτον μὲν ὁμολογεῖν φάσκων δύο θεοὺς καταγγελλειν· ἔπειτα ὁ υἱὸς θεοῦ θεὸς κηρύσσων, τοῦτον ἀλλότριον τῆς ἐκκλησιαστικῆς κανόνος ἡγούμεθα, καὶ πᾶσαι αἱ καθολικαὶ ἐκκλησίαι συμφανῆζιν ἡμῖν. Ibid. p. 846. A.

 conſen-

conſentiunt, quod quidem probat ex *Pauli* his verbis ad *Romanos*

Ibid. E. ἀλλ' ὡ δὶ ὃς ἐστὶν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν ibid. D. E.

qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula; ex mundi creatione quam ei adſcribunt D. *Johannes*. Et *Apoſtolus* p. *non tantum Organo, ſed tanquam operanti ad univerſi creationem*, denique filium Deum quidem & Dominum omnium creaturarum probant *quod corpus ejus ex virgine ſumptum, in quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitavit, divinitati immutabiliter unitum & Deificatum eſt. Qua de cauſa idem Deus et Homo Jeſus Chriſtus prophetabatur in lege, & prophetis, & ab omnibus in Eccleſia quæ ſub cœlo eſt creditus eſt Deus quidem, qui ſeipſum exinanivit, cum eſſet æqualis Deo.*

διὸ καὶ τὸ ἐκ τῆς παρθένου σῶμα χρισθὲν πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς τῇ θεότητι ἀτρέπτως ἥνωται, καὶ θεοποίηται, ὃ καλεῖν ὁ θεὸς καὶ ἄνθρωπος Ἰησοῦς χριστὸς προεφητεύετο ἐν νόμῳ καὶ προφήταις καὶ ὑπὸ πάντων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν κηρύσσεται θεὸς κενώσας μὲν ἑαυτὸν ὑπὸ τὸ εἶναι ἴσα θεῷ p. 484. E.

Victorinus tractatu de fabrica mundi, cujus ἄπορ πνεύμενον ſcriptorum Eccleſiaſticorum hiſtoriæ literariæ ſuæ inſeruit Doctiſſimus *Cave*, hæc habet, *ſic dicit Pater ejus eructavit cor meum verbum bonum.* p. 104. *Joh. Evangeliſta ſic dicit, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine eo factum eſt nihil.*

Qui *Origenis*, *Theognoſti*, & *Pierii*, *Pamphili*, & *Luciani*, *Dionyſiorum* amborum ſententias ſcire avent, *Bullum* adeant nunquam ſine laude nominandum, his enim pagina noſtra contenta erit.

Nec ſæculi quarti ineuntis hoc eſt *Arnobii*, *Lactantii*, *Euſebii* teſtimoniis chartas jam noſtras onerabo, ſuperſunt enim Argumenta aliquot ex praxi Eccleſiæ, ex Ethnicorum objectionibus patrumque adverſus eas Apologiis & reſponſis & denique ab horum ſeculorum Hæreticis à ſinu Eccleſiæ ob ſuam pervicaciam in Chriſti divinitate neganda excuſſis ſumpta, ex quibus Eccleſiaſtica hac in parte traditio ſole clarior apparebit, ubi eorum teſtimonia locum invenient.

Sect. IV. Argumentum igitur primum quo conſtet doctrinam de vera Chriſti deitate non ſcriptis tantum, ſed Chriſtianorum praxi perpetua firmatam fuiſſe, dabit hymnorum uſus, qui inter eoſdem, ab ipſis Chriſtiani cultus initiis obtinuit. Eſt enim illud *Plinii ſecundi Trajano* ſcribentis doctis notiſſimum, Chriſtianos tunc in unam convenientes hymnos Chriſto *ut Deo* canere conſue-

viſſe

visse, post enim accuratam de Christianorum moribus disquisitionem habitam, agnoscit *hanc fuisse summam vel culpæ suæ, vel erroris, quod essent soliti statio die ante lucem convenire, carmenque Christo, ut Deo dicere secum invicem*, hujusmodi hymnus in honorem Christi à *Clemente Alexandrino* compositus, extat ad finem ejus librorum qui *pædagogi* inscribuntur, in quo summam Christi *potentiam, sapientiam, & æternitatem* celebrare, Christianos omnes hortatur. Atque ex his S. hymnis, qui in Ecclesia continuo resonabant, *Artemonis* ἀρρησθέϊα impudentiam, doctrinæ de Christi deitate novitatem objicientis refellit *Caius Ecclesiæ R. Presbyter*, huic enim mendacio *refragantur*, inquit, *Psalmi & Cantica fratrum ab initio conscripta, Christum verbum Dei celebrantia, & divinitatem eidem tribuentia.* Hos hymnos patri universorum, & Deo verbo proprios constituit *Origenes, hymnos enim*, inquit, *in solum Deum universorum Dominum canimus, & Deum verbum, ejus unigentum.* Atque hinc mirum non est *Paulum Samo-satenum Artemæ* Hæresin renovantem, *Psalmos in honorem Domini nostri Jesu Cirisli cani solitos quasi novellos, & à recentioribus compositos, aboleviſſe*, quos tamen ἀπ' ἀρχῆς ab ipso Christianismi primordio obtinuisse vidimus.

Ep. l. 10. Ep. 97. p. 267.

Ψαλμοὶ ἢ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ πίστων γραφεῖσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. Euseb. Eccl. Hist. l. 5. c. 28. p. 196. A.

ὕμνους γὰρ οἴδεις μόνον τὸν ὑπὲρ πάσι λέγομεν θεὸν καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ θεὸν λόγον. Contra Celsum l. 8. p. 422.

Ψαλμοὺς ἢ τοὺς μὲν εἰς τὸν Κύριον ὑμῶν, Ἰησοῦν χριστὸν παύσας ὡς δὴ νεωτέρους, καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα Euseb. H. Eccl. l. 7. c. 30. p. 281. A. B.

Sect. V. Secundum, nec minus perspicuum traditionis Ecclesiasticæ, de Christi Deitate, Argumentum exhibent *Ethnicorum*, & *Judæorum* contra Christianam fidem, hac una de causa præjudicia, *Patrumque* ad eam firmandum, atque ab eorum præjudiciis, liberandam industria, quis enim audiens *Christianismi* hostes juratos, hoc iis tanquam delirum, atque incredibile objicientes, *Deum & cœlis descendisse, carne indutum, cruci affixum fuisse*, Patresque Doctrinam hanc minime negantes (quod est ab iis factum *quoties Asini, Solis, Crucis, Onochoetis* cultus ab Ethnicis objiciebatur,) sed eam animosius defendentes, pro ea nervosius disputantes, & ratione multiplici probantes hoc Deo dignum, Deo congruum, nostræque omnium saluti necessarium fuisse, non statim

tim conſpiciet doctrinam quam neque negabant, neque diſſimulabant unquam Chriſtianæ fidei defenſores acutiſſimi, fortiſſimique Athletæ, Chriſtianam prorſus fuiſſe, & traditionis, Regulæque Eccleſiaſticæ partem non minimam feciſſe, hæc autem omnia teſtimoniis pæne infinitis præ oculis lectoris ponere difficile non eſſet, ſed ne eidem tædium creemus, paucioribus contenti erimus.

Tryphoni dicenti *non paradoxum tantum, ſed rem ſtultam eſſe quod Chriſtiani aſſerebant ante ſæcula Deum fuiſſe hunc Chriſtum ac deinde naſci etiam hominem factum ſuſtinuiſſe, & quidem non hominem ex homine,* in ſe probandum ſuſcipit *Juſtinus M.* & *fuiſſe prius Chriſtum filium conditoris univerſitatis hujus Dei eſſeque Deum & genitum eſſe hominem ex virgine*: quod quidem ex eis quæ Beati *Prophetæ* de eo tradide-

τὸ γὰρ λέγειν σε προϋπάρχειν θεὸν ὕστερον πρὸ αἰώνων τοῦτον τὸν χριστὸν εἶτα καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπον γενόμενον καὶ μὴ ὄντα ἐξ ἀνθρώπου ἐξ ἀνθρώπων δὲ μόνον ἀλλὰ καὶ μωρόν. Dialog. p. 267.

ὅτι καὶ προϋπῆρχεν υἱὸς τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θεὸς ὤν, καὶ γεγέννηται ἄνθρωπος διὰ τῆς παρθένου ibid. c.

p. 159. C. runt, multis probare aggreditur. *Tatianum* audivimus dicentem *non deſipimus, ô Græci, neque nugas vobis proferimus Deum ſub hominis forma natum nunciantes. Tertullianum* indicat *vulgus Ethnicorum Chriſtum* tantum reſpicere *uti aliquem hominum,* quo facilius nos tanquam *hominis cultores* fugillent, atque inde, inquit, *neceſſe eſt pauca de Chriſto, ut Deo* loqui, rem ergo ſic aggreditur: *jam ediximus Deum univerſitatem hanc mundi verbo, & ratione, & virtute molitum, & nos etiam ſermoni atque rationi, itemque virtuti per quæ omnia molitum Deum ediximus, propriam ſubſtantiam Spiritum inſcribimus, cui & Sermo inſit prænuntianti, & ratio adſit diſponenti, & virtus præſit perficienti, hunc ex Deo prolatum didicimus, & prolatione generatum, & idcirco filium Dei, & Deum dictum ex u-*
Apol. c. 21. *nitate ſubſtantiæ, nam & Deus ſpiritus, & cum radius ex ſole porrigitur, portio ex ſumma, ſed ſol erit in radio, quia ſolis eſt radius nec ſeparatur ſubſtantia, ſed extenditur, ita de ſpiritu ſpiritus, & de Deo Deus, ut lumen de lumine accenſum, manet integra, & indefecta materiæ radix, etſi plures inde traduces qualitatum mutueris, ita & quod de Deo profectum eſt, Deus eſt, & Dei filius & unus ambo, ita & de ſpiritu ſpiritus, & de Deo Deus, modulo alterum non numero, iſte igitur Dei Radius delapſus in virginem quandam, & in utero ejus caro figuratus naſcitur homo Deo miſtus,* ubi habes ipſiſſima verba *Nicæni* ſymboli, & ſenſum ab iis minime alienum apud Celſum.

Judæo

Judæo apud Celſum ridenti, *Magos* προσκυνήσαντας αὐτὸν ἔτι νήπιον ὡς θεὸν *adorantes Chriſtum adhuc infantem ut Deum*, Reſpondet *Origenes* docendo, *Nato Chriſto Dæmonas debilitatos obtorpuiſſe, deprehenſis eorum præſtigiis, & efficacia deſtructa*, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ θειότητος, *à divinitate quæ Chriſto inerat, Magoſque* ad *Chriſtum* veniſſe ferentes *dona compoſito, ut ſic loquar, ex mortali & Deo, aurum in ſignum poteſtatis regiæ, ut morituro myrrham, ut Deo thus*, [quæ quidem myſtica horum donorum intelligentia, ut id obiter moneam, *patribus* etiam *Ante-Nicænis* valde arridebat, habes enim *Iræneum* conceptis verbis affirmantem, *Magos, per ea quæ obtulerunt munera, oſtendiſſe quid erat qui adorabatur, Myrrha quidem quod ipſe erat qui pro mortali humano genere moreretur, & ſepeliretur, aurum vero quoniam Rex, cujus Regni finis non eſt, thus vero quoniam Deus*, habes *Tertullianum* docentem, *Magos Chriſtum cognoviſſe, & muneribus honoraſſe, & genu poſito adoraſſe quaſi Deum & Regem.* Eadem obſcurius licet, inſinuare videntur *Juſtinus Dialogo contra Tryphonem*, & *Cyprianus adverſus Judæos*. Sed de his obiter] Eidem *Celſo* objicienti adverſus fugam Chriſti in *Ægyptum*, quod θεὸν οὐκ ἀκὸς ἦν περὶ θανάτου δεδιέναι *Deum non decebat mortem timere*, Reſpondet *Origines Celſum non exiſtimaſſe divinum quid in corpore Jeſu habitaſſe.* ἡμεῖς δ' αὐτῷ πιστεύοντες Ἰησοῦ περὶ τοῦ ἐν αὐτῷ θειότητος σώματός τι χρῆμα φαμεν αὐτὸν γεγονέναι, *Nos autem Chriſtiani credentes ipſi Jeſu, de divinitate quæ ipſi inerat, dicimus eum fuiſſe compoſitum quid.* Id autem *divinius quod Chriſtus occultavit ſub humana ſpecie, eſt* inquit, *id quod erat propriæ Dei filius, Deus verbum, potentia, ſapientiaque Dei qui vocatur Chriſtus.*

σωθέντα τινὶ ἐκ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου θνητῷ πεισλώγχαν σύμβολα ὡς βασιλεῖ τὸ χρυσὸν, ὡς δὲ τεθνηξομένῳ τὸ σμύρναν. ὡς δὲ θεῷ τὸ λιβανωτόν. *ib.* p. 46.

ἔχειν τι θειότερον ἐν τῷ βλεπομένῳ ἀνθρώπῳ ὅπερ ἦν ὁ Κυρίως υἱὸς θεοῦ θεὸς λόγος, καὶ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία ὁ καλούμενος χριστός. p. 52.

Judæo iterum apud *Celſum* ſciſcitanti πῶς δ' ἐμέλλομεν τοῦτον νομίζειν θεὸν *quomodo autem exiſtimare poteramus Deum qui damnatus à nobis, cum ad pœnam requireretur latitans ac fugitans turpiſſime captus eſt.* κρίτην θεὸν ὄντα ἔτι φεύγειν ἐνδῦναι ἔτι λαθόντα ἀπάγεσθαι *atqui Deo nec fugere conveniebat, nec captum abduci.* Reſpondet *Origenes*, quod *ſecundum nos verbum Deus, & Dei rerum univerſarum filius dicebat in Jeſu. Ego ſum via, veritas, & vita, & illud ego ſum porta, & illud ego ſum panis vivus, qui è cœlo deſcendi, & ſi quid aliud his ſimile, merito igitur Ju-*

ἀγκαλοῦμαι ἐν Ἰουδαίοις τοῦτον μὴ νομίσασι θεὸν ὑπὸ τῶν Προφητῶν πολλαχοῦ μεμαρτυρημένον ὡς μεγάλων ὄντα δυνάμεων καὶ θεὸν κατὰ τὸν ὅλων θεὸν καὶ Πατέρα. L. 2. p. 1.

dæus

L. 1. p. 45.

L. 3. c. 10.

Adv. Jud. c. 9. p. 193.

p. 303, 304 315.

L. 2. c. 29.

p. 51.

L. 2. p. 62.

p. 63

dæos accuſamus qui hunc non credant Deum cui tot locis Prophetæ teſtantur, quod ſit magna virtus Dei, ipſius quoque rerum univerſarum Dei atque parentis teſtimonio. Quæ cum dixiſſet multis oſtendit Chriſtum eſſe Deum, mundique creatorem, *patre quidem Jubente, filio faciente quæ pater mandaverat,* hujuſmodi quamplurima eodem adverſus *Celſum* libro, occurrunt lectori, per otium legenda.

p. 63, 64. p. 135, 136 162, 308.

Arnobius inducit Ethnicos ſic Chriſtianis oblatrantes, *non idcirco Dii vobis infeſti ſunt, quod omnipotentem colatis Deum, ſed quod hominem natum, & quod perſonis infame eſt vilibus, crucis ſupplicio interemptum, & Deum fuiſſe contenditis, & ſupereſſe adhuc creditis, & quotidianis ſupplicationibus adoratis.* Reſpondet autem 1mo juxta eorum opinionem, *concedamus interdum, manum veſtris opinationibus dantes, unum Chriſtum fuiſſe de nobis, mentis, animæ, corporis, fragilitatis, & conditionis unius, nonne dignus à nobis eſt tantorum ob munerum gratiam, Deus dici, Deuſque ſentiri?* 2do Juxta Chriſtianorum ſententiam, *ita ergo Chriſtus non habeatur à nobis Deus, nec qui omnium alioquin vel maximus poteſt excogitari, divinitatis afficiatur cultu, à quo jamdudum tanta accepimus dona viventes, & expectamus, Dies cum venerit, ampliora.* Eidem tribuit *quod eſt proprium Dei veri, potentiæque Regalis, benignitatem ſuam negare nulli.* Denique *derideatis,* inquit, *licet ex more, atque in laſciviam diſſolvamini cachinnorum, Deus ille ſublimis fuit, Deus radice ab intima, Deus, ab incognitis regnis, & ab omnium principe, Deus ſoſpitator eſt miſſus.* Objicientibus iiſdem, *ſi Deus fuit Chriſtus, cur eſt in hominis forma viſus, & cur more eſt interemptus humano.* Reſpondet *Arnobius* his verbis, *an aliter potuit inviſibilis illa vis, & habens nullam ſubſtantiam corporalem, inferre & accommodare ſe mundo, conciliis intereſſe mortalium, quam ut aliquod tegmen materiæ ſolidioris aſſumeret, quod oculorum ſuſciperet injectum? Quis eſt enim mortalium qui quiret eum videre, quis cernere, ſi talem voluiſſet inferre ſe terris, qualis ei primogenia natura eſt, & qualem ſe ipſe in ſua eſſe voluit vel qualitate, vel numine?* Tandem *Chriſtus,* inquit, *licet vobis invitis Deus. Deus inquam Chriſtus, hoc enim ſæpe dicendum eſt, ut infidelium diſſiliat, & dirumpatur auditus, Dei Principis juſſione loquens ſub hominis forma.*

p. 19, 20. p. 21. p. 23. p. 29. p. 32. p. 37. p. 85.

Ethnicis quærentibus *cur* Chriſtus *ad docendos homines non ut Deus venit,* negantibuſque *Deo dignum ut homo fieri vellet, ſeque infirmitatibus carnis oneraret, ut paſſionibus, ut dolori, ut morti ſe ſubjiceret,* Reſpondet *Lactantius. Refutabo hæc diligenter, nec quemquam patiar errare, illa enim magna & mirabili ratione ſunt facta, quæ quicunque perceperit, non tantum mirari deſinet Deum eſſe ab homi-*

L. 4. c 22.

hominibus cruciatum, verum etiam facile pervidebit ne Deum quidem potuisse credi, si ea ipsa, quæ arguit, facta non essent. 1mo Quia *terrenus doctor perfectus esse non possit, at vero cœlestis cui scientiam Divinitas, virtutem immortalitas tribuit, in docendo quoque, sicut in cæteris, perfectus, & consummatus sit, necesse est, ad id omnino fieri non potest nisi mortale sibi corpus assumat, cur autem fieri non possit ratio clara est, nam si veniat ad homines ut Deus, ut omittam quod mortales oculi claritatem Majestatis ejus conspicere, ac sustinere non possunt, ipse certe Deus virtutem docere non poterit, quia expers corporis non faciet quæ docebit, ac per hoc doctrina ejus perfecta non erit,* & post hujusmodi multa, rem in compendium sic redigit. *Hoc eo pertinet, ut ostendam neque hominem perfecta doctrina esse posse,* p. 429. *nisi sit idem Deus, ut authoritate cœlesti necessitatem parendi hominibus imponat, neque Deum, nisi mortali torpore induatur, ut præcepta sua factis adimplendo, cæteros parendi necessitate constringat, fuit igitur & Deus, & homo, inter Deum & hominem medius constitutus,* c. 25. p. 430 p. 431. *itaque idcirco Mediator advenit, hoc est Deus in carne,* cum multis ejusmodi, quæ in margine notata invenies. p. 436, 437 Denique objectionem contra ea quæ disserverat, proponit his verbis. *Fortasse quærat aliquis quomodo, cum Deum nos unum colere dicamus, duos tamen asseveremus, Deum Patrem, & Deum filium, quæ asseveratio plerosque in maximum impingit errorem, quibus cum probabilia videantur esse quæ dicimus, in hoc uno labare nos arbitrantur, quod ad alterum, & mortalem Deum facimus,* huic scrupulo respondet verbis notatu dignissimis. p. 446. *Cum dicimus Deum Patrem, & Deum filium, non diversum dicimis, nec utrumque secernimus, quia nec pater sine filio potest, nec filius à patre secerni. Siquidem nec pater sine filio nuncupari, nec filius potest sine patre geeerari, cum igitur & pater filium faciat, & filius fiat, una utrique mens, unus spiritus, una substantia est.* N.B. *Sed ille quasi exuberans fons est, hic tanquam defluens ex eo rivus, ille tanquam* Sol, *hic tanquam radius à sole porrectus* Et rursus cum *unum Deum esse tam patrem quam filium,* Scripturæ Testimoniis probaverat, orationem sic terminat. *Unus est enim solus liber Deus summus, carens origine, quia ipse est est Origo Rerum, & in eo simul & filius, & omnia continentur, qua propter cum mens, & voluntas alterius in altero sit, vel potius una in utroque, merito unus Deus uterque appellatur, quia quicquid est in patre ad filium transfluit, & quicquid in filio à Patre descendit.* Cum igitur Patres *Ante-Nicæni* tam constanter respondeant Christum Deum esse, cum Deitatis Christi indicia tot in medium adducant, cum nobis necessariam hanc divinæ cum humana natura unionem constituant, ut

ταύτην γὰρ ὑπεδέξατο ὁ ἀνθρωποποιῶν ἐν Ἰουδαίοις σάρκα θεὸς ὤν, ὅπως ὥσπερ ἐν πίναξι θείου ἐκτύπωμα βίᾳ βλέποντες ἔχωμεν καὶ ἡμεῖς τὸ γράφαντα μιμεῖσθαι. Method. Coviv. apud Combef. p. 70.

Deum nobiſcum loquentem ſuſtineamus, ut virtutis exempla præbentem imitemur, ut denique nobis ſalutem pariat, eſt certe extra dubium poſitum, ſententiam de vera Chriſti deitate apud eos fixam, & radicatam continuo manſiſſe, nec enim defuit illis ardens erga Judæos, genteſque Charitas, quæ eos commoviſſet ad ſcrupulos eorum ex animis aliter eruendos, nec is erga Chriſtianam fidem zelus, qui hoc fidei noſtræ opprobium aliter ſuſtuliſſet, ſi ea, quam ab Apoſtolis acceperant, fides, id non tantum permiſiſſet, ſed etiam poſtulaſſet.

Si cum *Ario*, aut *Socino* ſenſiſſent hi Patres, longe aliter ad has objectiones haud dubio reſpondiſſent, nempe *Patrem ſolum vere, & proprie, filium abuſive tantum, & improprie deum dici*, eum revera *filium hominis, puram putam creaturam eſſe, ab eſſentia Dei alienam, ex non ente ortam, per adoptionem & gratiam tantummodo in divini nominis honorem, & dignitatem, adſcitum.* Duas Chriſti naturas ſive hypoſtaſes, ſibilaſſent tanquam Chriſtianorum quorundam nova commenta, verbo Dei deſtituta, *Deum in Carne, Chriſtum ex Deo & homine conflatum*, cum Philoſophis & *Socinianis* riſiſſent, Deum mori cum utriſque abſurdum judicaſſent, quæ enim gentium Philoſophis abſurda, incongrua, nec Deo digna videbantur, eo omnia *Sociniani*, non tantum talia eſſe audacter pronuntiant, ſed multis contendunt. Verum enimvero nihil horum reſpondent antiqui Chriſtianæ fidei Antiſtites, notior erat iis norma fidei, & Eccleſiaſtica de filio Dei traditio, quàm ut iſta deliramenta, pro fidei Chriſtianæ plaeitis, venditarent. *Deum profitentur ſub hominis forma natum, Deum de Deo, hominem deo miſtum, ex mortali & Deo compoſitum, Deum verbum, Deum in carne, Deum ex unitate ſubſtantiæ, cui cum Patre mens una, ſpiritus unus, ſubſtantia una eſt.* Hæc, inquiunt, ex *Prophetis*, ex *Evangelio*, ex *Regula fidei*, & *traditione* perpetua Eccleſiæ, credenda ſuſcepimus, hæc, ſic accepta, mordicus retinemus, & poſteritati retinenda tradimus.

Duo his Coronidis loco adjicimus, Primo *Patres* habuiſſe occaſiones multas ex *Hæreticis* oblatas ſententiam iſtam diſſimulandi, ſi ſine Chriſtianæ fidei diſpendio id fieri potuiſſet, vel eam altius infigendi Chriſtianorum animis, ſi illud ejuſdem fidei ratio poſtulaſſet, Exorta ſunt enim in his Religionis noſtræ primordiis hæreticorum plena examina, quæ Chriſtum *veram ex virginis Mariæ ſubſtantia carnem ſumpſiſſe, vereque pro nobis paſſum eſſe* denegabant

bant, hæc autem omnia δοκήσει tantum, & phantaſmate quodam, ſive illuſione facta eſſe, hoc argumento ducti pretendebant, quod *inconvenientem Deo exiſtimabant Nativitatem, Mortem incongruam, turpe*, inquiunt, *hoc Deo, & indignum hoc Dei filio, & ſtultum.* Tertul. de carne Chriſti c. 3.

Scrutentur jam *Socini* Hyperaſpiſtæ, *Arive* Anteſignani, *Patrum*, cap. 4. adverſus has Eccleſiæ peſtes inſurgentium, ſcripta univerſa, invenient eos omnes cum *Tertulliano* re ſaltem, licet non verbis conſentire, *ab Eccleſia & fide Chriſti receſſiſſe* hos omnes, non eſſe *tam ſtultum credere in Deum natum, & quidem ex Virgine*, aut *Dei ſtulta* credenda eſſe, *crucifixus eſt Dei filius, non pudet quia pudendum eſt, & mortuus eſt Dei filius, prorſus credibile eſt, quia ineptum eſt. Aliter non diceretur homo Chriſtus ſine Carne, nec hominis filius* ſine parente homine, ſicut nec *Deus ſine Spiritu Dei, nec Dei filius ſine Deo Patre, ita utriuſque ſubſtantiæ cenſus hominem & Deum exhibuit, hinc natum, inde non natum, hinc morientem, inde viventem, quæ proprietas conditionum divinæ & humanæ æqua, utique naturæ utriuſque conditione diſpuncta eſt, eadem fide & Spiritus & caro.* Ibid. Ibid.

Porro audivimus antea, eoſdem *Patres Atheiſmi* calumniam depellentes, ingenua confeſſione, cultus non ſolum Dei Patris, & Dei filii, ſed etiam totius *Trinitatis*, atque indignantes Chriſtianos *Deum Patrem, Deum Filium & Spiritum ſanctum prædicantes; adhuc Atheos appellari*, à quibus non tantum judicium, ſed etiam ſinceritatem removendam duxeris, ſi aliud quam veritas Chriſtiana poſtulabat, tam liberè profitebuntur. Juſtin. M. Ap. 2. p. 56. C. Athenag. p. 11 27. 31.

Sect. VI. Tertio, Divinitatis Chriſti inſigne Argumentum exhibent iſtorum temporum Hæretici, dicam an *Sociniani, abjectius de Chriſto ſentientes*, & communi de eo doctrinæ, quæ in Eccleſia tunc obtinebat, ſemet opponentes, ut primum enim iſtiuſmodi hæreſes ſe prodebant, & traditionem per orbem Chriſtianum ſparſam corrumpere nitebantur, ſtatim iis reclamatum eſt ab univerſo fere Chriſtiano nomine, uti *Ebionis, Theodoti Coriarii, Artemonis*, & *Pauli Samoſateni, Arii*, aut *Socini* Anteceſſorum, Exemplis liquido conſtabit. Ut enim ab *Ebionitis* exordium ſumamus, notum eſt eorum duo genera fuiſſe, *Unum quod adeo abjecte de Chriſto ſentiebat, ut eum vulgarem tantum eſſe hominem, ex Maria & Joſepho procreatum, dicere non erubeſcebant, aliud, quod licet quidem Chriſtum ex Virgine & ex Spiritu Sancto genitum eſſe non negabat, eum nihilominus ut Deum Verbum, ac ſapientiam Patris præextitiſſe minimè fatebantur.* *Origenes* ait fuiſſe eorum aliquos qui Chriſtum è Mariæ & Joſephi concubitu, alios qui Spiritus Sancti afflatu è Maria Virgine conceptum eſſe credebant, ὁ μὲν καὶ ἐξ ἀνθρώπων τὸν θεὸν λόγον θεολογίαν, Mini- Euſ. Hiſt. Eccl. l. 3. c. 27. Com. in Matth. To. 28. Ed Huet. pag. 427. E.

me tamen consentiebant cum doctrina de ejusdem divinitate. Hos autem, *Irenæus*, *Hæreticos* pronuntiat, & orthodoxos ab iis quærere jubet, *qua ratione salutem adipisci queat si Deus is non sit, qui salutis ipsis afferendæ muneri in terra perfunctus sit, an quo pacto homo in Deum migrare queat, si Deus in hominem non immigravit.*

Πῶς δυνήσεται σωθῆναι ἐὰν μὴ ὁ θεὸς ᾖ ὁ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὅτε γῆς ἐπραγματεύετο, ἢ πῶς ἄνθρωπος χωρήσει εἰς θεὸν ἐὰν μὴ ὁ θεὸς ἐχωρήθη εἰς ἄνθρωπον. Lib. 4. Cap. 59.

L. 5. p. 274 l. 15. p. 272 l. 13. Com. in Math. pag. 428. C. De carne Christi c. 24. Hist. Eccl. l. 3. c. 27. Eus. Hist. Eccl l. 5. c. 28. Ibid. l. 5. c. 27.

Eosdem *Origenes* inter *Hæreticos* recenset τῆς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, *ad Ecclesiam pertinere* negat, eosdem alibi *cæcos* pronuntiat πλωχεύοντας περὶ τὸν Ἰησοῦν πίστιν, *& fidei in Jesum inopes, quod Christum filium David, non Dei appellando, dignitati ejus detrahere videbantur;* iisdem *Anathema* pronuntiare videtur *Tertullianus*. Utrosque denique *Eusebius* εἰς δυσσέβειαν *ad impietatem, ob* Christi divinitatem negatam *lapsos* pronuntiat.

Sequitur *Theodotus Coriarius*, quem ἀρχηγὸν, καὶ πατέρα ταύτης τῆς ἀρνησιθέου ἀποστασίας, *defectionis hujus Deum abnegantis parentem, & ducem, primumq;* εἰπόντα ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν χριστὸν, *qui Christum nudum esse hominem asserit* ab *Eusebio* discimus, Hunc autem Hæreseos hujus inventorem ea de causa ἀποκήρυξε τῆς κοινωνίας, *à Communione Ecclesiæ* ejecit *Victor P. Romanus*, nemine, quod sciam, refragante, uti in *Polycratis*, & *Episcoporum Asiaticorum* causa factum à multis esse novimus; Et quæ quæso discriminis tanti causa assignari possit, nisi quod *Polycrates*, ejusque socii, in re disciplinæ tantum, & consuetudine antiqua quæ apud ipsos invaluerat, ab aliis seorsim sentiebant, *Theodotus* in fidei Articulo errabat, à Regula fidei dissentiens novamque, & antea inauditam doctrinam in in Ecclesiam introducens.

Eus. ibid. p. 195.

Artemonis Hæresis, quæ etiam ψιλὸν ἄνθρωπον γνώσεως ἢ σωτῆρα, *merum hominem Christum genitum esse* affirmabat, ab omnibus pariter explosa est, cumque sectæ illius principes *vetustissimam illam esse jactabant, & ad tempora Victoris, à quo adulteratam fuisse veritatem pronuntiabant, omnes cum iis eadem prædicasse* splendidè mentientur, eorum audaciam sic reprimit *Cajus presbyter Romanus*, & *parvi labyrinthi* Author, ostendendo Christianorum *Antistitum* Scriptores *Victore* antiquiores, eandem cum eo sententiam constanter tenuisse. *Justinum*, inquit, *intelligo, & Miltiadem, & Tatianum, & Clementem, alios q; quamplurimos* ἐν οἷς ὅπου θεολογεῖται ὁ χριστὸς, *in quorum omnium libris Christi Divinitas adstruitur: Nam Irenæi quidem, & Melitonis, & reliquorum scripta quis est, qui ignoret* θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν ἀπ' ἀρχῆς λόγον τὸν χριστὸν, *in quibus Christum Deum simul atq; homi-*

L. 5 c. 28. p. 236. A.

hominem prædicarunt Methodius; inter eos qui circa unum de Trinitatis numero errabant *Artemam* ponit & *Ebionem.* Conviv. decem Virg. Ed. Combef. p. 11.

4°, *Artemonis* *ſententiam cum *Paulus Samoſatenſis* renovare aggreſſus eſt, *abjectè & humiliter de Chriſto ſentiens,* quaſi is nihil ſupra communem hominum naturam habuiſſet, contra eum inſurrexerunt reliqui Eccleſiarum paſtores, ὡς ὅτι λυμεῶνα τῆς χειρὸς ποίμνης, *tanquam adverſus Gregis Dominici vaſtatorem, Antiochiæ* enim convenit adverſus eum Synodus πλείστων ὅσων ἐπισκόπων, *quamplurimorum Epiſcoporum,* quorum cum maxime celebres enumeraſſet *Euſebius* eidem *Synodo* interfuiſſe dicit μυρίους τ' ἄλλους ἅμα πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, *ſexcentos alios cum Presbyteris & Diaconis.* *Euſ. Hiſt. Eccl. l. 5. c. 28. l. 7. c. 27. l. 7. c. 29. cap. 28.

Ejus doctrinam appellat *Euſebius* τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν εἰς χεῖρον βλασφημίαν, hæreſin & blaſphemiam in Chriſtum: *Epiſtola Synodica* ſanctorum *Patrum* eam vocat τὴν διαλήθουσαν διδασκαλίαν, *exitialem doctrinam,* τὸν ἀρνησίθεον κακίαν, *improbitatem Deum negantem,* virum ipſum quod attinet eum repræſentat *Euſebius,* περὶ τῶν ἐκκλησιαστικὴν διδασκαλίαν φρονήσαντα, *adverſus Eccleſiaſticam doctrinam ſentientem, Synodus Antiochena,* ὡς ἀποστάντα τῆς κανόνος ὅτι κίβδηλα καὶ νόθα διδάγματα, *à fidei Canone recedentem ad ſpuriam & adulterinam doctrinam, tanquam hominem qui noluit confiteri* τὸν τοῦ Θεοῦ ἐξ ἀϊδίου καὶ ἀληλυθέναι, *filium Dei de cœlis veniſſe,* qui negabant τὸν θεὸν αὐτῶν καὶ Κύριον, *Deum ejus & Dominum,* ἀνίστασθαι ἑαυτὸν τῷ θεῷ *Deum bellum indicentem, & cedere neſcium,* τὸν ἢ ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον καὶ ἐκπομπεύοντα τῇ μαρᾷ Αἱρέσει τῇ Ἀρτεμᾶ, *ejurantem Religionis Chriſtianæ myſterium, fidem quam antea profitebatur, violantem, & in execranda Artemæ hæreſi gloriantem:* Quibus omnibus de cauſis *Synodus* eum Eccleſiaſtica communione abdicat. p. 280. A. cap. 27. p. 281. B. p. 280. A. p. 282. B. cap. 30. p. 279. D. p. 280. A.

Quos autem, quoties ſententiam ſuam in vulgus ſpargere conabantur, *Novatores, cæcos, Hæreticos, Apoſtatas,* orthodoxæ Eccleſiæ Patres uno ore pronuntiabant, quos *fidem violare, Religionis Chriſtianæ myſterium ejurare, adverſus Eccleſiaſticam doctrinam inſurgere, à fidei canone ad ſpuriam & adulterinam doctrinam deviare, ad impietatem labi, dignitati Chriſti detrahere, Deo bellum indicere, Deumque ipſorum Dominum negare* audacter iidem aſſerebant, eaque de cauſa *ad Eccleſiam non pertinere,* & ab *Eccleſiaſtica Communione arcendos* eſſe judicabant, eos proculdubio in fidei Articulo primario graviter erraſſe, iidem *Antiſtites* exiſtimabant.

SECT.

SECT. III.

ATque hæc quidem pauciſſima ſunt ex multis, quæ apud *Polemicos Authores*, & primævos fidei *Chriſtianæ Antiſtites* de vera Chriſti Deitate occurrunt.

Sect. I. Ad inſtituti igitur noſtri penſum ſecundum progredior, ut nempe aperiam, quam incongrue, quantoque verborum ſolæciſmo *unitariorum* nomen ſibi vendicarint *Socini Aſſeclæ*, & quam inique clamitent unitatem divinæ eſſentiæ à nobis deſtrui, & *Polytheiſmo* januam, per noſtram de *S. Trinitate* doctrinam aperiri; quam vere *Photinianis*, *Arianiſque* olim hoc ab *Orthodoxis* omnibus exprobatum fuerit, quod *Gentium Idololatriam*, & novum *Polytheiſmi* Genus in orbem *Chriſtianum* poſtliminio inducere niterentur. Et certe ſi quis hanc controverſiam æqua, ut aiunt, lance trutinare, atque utriuſque ſententias propius inſpicere dignabitur, videbit crimen quod nobis objiciunt *Sociniani*, iis reipſa competere.

Poſt multiplicia enim eorum ſcripta *de uno Deo Patre*, alium revera *Deum* ab eo eſſentia diſtinctum, non tantum verbis conceptis, ſed re, & opere inducunt. Eſt enim.

Primo, Certum *Socinianos* ad unum omnes contendere *Chriſtum non eſſe Deum eſſentia unum cum Patre*, quod tamen *Orthodoxi* omnes uno ore aſſerunt, ſed eum natura hominem tantummodo eſſe, quod nos conſtanter rejicimus.

Secundo, Nec minus certum eſt *Socinianos* ſæpius, & diſertim aſſerere Chriſtum *Deum eſſe verum, Chriſtianorum Deum, Deum in ſecula benedictum*; ut enim à *Socino* ipſo incipiamus. *Falſiſſimum eſt*, inquit ille, *nos palam affirmare Chriſtum non eſſe verum Deum, immo contrarium publice profitemur, & in noſtris, tum latina, quam Polonica lingua non paucis editis ſcriptis; Chriſtum verum Deum eſſe aſſerimus.* Et rurſus *quaſi vero nos negemus Jeſum Chriſtum, quamvis ſit homo, tamen eſſe Deum: & æqualem Deo, vel proprium & naturalem Dei filium eſſe non agnoſcamus & Patri ſuo æqualem Chriſtus, dicente Smalcio, Deus noſter, & Deus verus ſummo jure appellandus eſt, & reipſa eſt, Schlichtingius* in hæc verba *D. Pauli* [*Deus benedictus in ſecula,*] agnoſcit Chriſto hunc titulum con-

Reſp. ad 4. priora cap. vulcki p. 539.
P. 533.
Preſtat ibid. p. 532.
Reſp. ad 2. Pl. Refut. Smiglec. f. 82.

convenire, *ut intelligeretur Chriſtum non ſuper quædam tantum, ſed ſuper omnia Dominum, ac Deum effectum eſſe*; & alibi *Chriſtus eſt verus Deus, ſed quatenus verus opponitur falſo, non quatenus opponitur non ſummo, & non altiſſimo, Crellius* in locum prædictum *Pauli* ad *Romanos*, hæc habet, *eodem ſenſu vocatur hic à Paulo Chriſtus omnium Deus, quo à Petro* Act. 10. 36. *omnium Dominus*. Et rurſus, *dicendo Benedicendus in ſæcula, oſtendit quantus Deus ſit Chriſtus. Nos agnoſcimus*, inquit *Stigmannus, Chriſtum, qui natura nihil aliud quam homo eſt, eſſe ſimul Deum, ac Dominum Cœli & terræ, à Patre exaltatum.* In Joh. 4. 23. In Joh. 10. 33.

Ii igitur, præter Deum *Iſraelis*, agnoſcunt alium *Deum verum Deum Chriſtianorum, Deum cæli & terræ, Deum in ſæcula benedictum* ſummo *jure appellandum eſſe, & reipſa eſſe.* Deum inquam, non natum, ſed factum, officio Deum, natura hominem, tantummodo: Deum denique qui initium accepit, & qui finem ſive interitum habiturus eſt; quippe qui mundo finem habente Deitate ſua ſpoliandus eſt; immo addunt *Deum unum colere, qui ſcilicet eſt Deus ſummus natura & independens, judaicum quid eſſe, & quodammodo abnegationem Chriſtianæ Religionis, parumque curandum eſſe Chriſtianis, quid Prophetæ dicunt de cultu unius Dei.* Ii ergo *Judæos* ad *Chriſtianam* fidem amplectendam haud aliter admittere, poſſunt, quam exigendo ab iis ut pro vero Deo in ſecula Benedicto, pro cœli terræque Domino & Deo, agnoſcant Deum, quem *Patres eorum non norunt*; qui non ſit Deus *Iſraelis*, qui cum non *fuerit primus* nec erit *noviſſimus*; *Deum*, cujus anni deficient; & qui nec cœlum nec terram condidit, adeoque parum curent, quid eorum *Prophetæ* dixerint de cultu unius Dei, atque id totum tanquam *fermentum judaicum*, & Religioni *Chriſtianæ* contrarium rejiciant. Smalc. exam. error. 100. cr. 15, 16.

Sect. II. Porro perſpicuum eſt *Socinianos* ea fere omnia, excepto quod dependens non ſit, quæ in ſcripturis adhibentur, tanquam χειτήρια, indicia, & propria attributa Dei, Chriſto adſcribere. Exempli Gratia,

Primo, Omniſcientiam, & cordium renumque ſcrutationem *Chriſto* attribuunt; intelligere enim *Chriſtum* preces noſtras ex eo probant *quod ſciat omnia, corda, ac renes ſcrutetur, & occulta tenebrarum perſpiciat: Conſtitutus eſt* inquiunt, *vivorum & mortuorum judex qua de cauſa etiam tanta ei data eſt ſapientia, ut corda quoque & renes ſcrutari, & ſecundum occulta cordium omnes judicare queat*; hoc centies repetit *Socinus*. Catech. Racob §. 6. p. 167. Ed. 1659. §. 9. p. 338.

Dicunt Chriſtum *imperio, & ſuprema in omnia poteſtate Deo ſimilem, immo æqualem effectum eſſe*; eum *divina poteſtate robore* 16. Sect. 4. p. 47.

ſapien-

Wolzog. in Math. 4. 10 Joh. 5. 23. *ſapientia factum eſſe Deo ſimilem;* eum *divinam potentiam ac virtutem, auctoritatem & potentiam habere;* immo *divinam dignitatem & poteſtatem, per quam, Deo æqualis eſt.*

Tertio, Chriſtum divinæ naturæ & Gloriæ participem eſſe eumque *Divinitatem à ſummo Deo accepiſſe* referunt. *Si enim,* inquiunt, *aliquis omnes iſtos titulos, Imaginis Dei, Characteris, Subſtantiæ Dei Splendoris, Gloriæ Dei eo referre velit, quod Deus Chriſtum ſibi Divinæ Naturæ, & Gloriæ participatione ſimillimum effecerit, nos nequaquam refragantes habebit.* Et rurſus, *Chriſtus Deus alienus non eſt, ſiquidem ipſe Deus Divinam ſuam & Cœleſtem Majeſtatem cum illo communicavit, & hactenus unum, eundemque ſecum effecit.* *Schlichtingius* commentario in verſum ſecund. cap. prim. ad *Hebræos* hæc habet, *Iſtis verbis ſignificata eſt ſumma Chriſti præſtantia, ac divinitas, & veluti cum Deo unitas.* Et tamen alii de ejus perſona loquentes, *id ſolum de ea ſciendum* eſſe dicunt *quod natura ſit verus homo, & nihil aliud quam homo,* ut ſupra à *Stegmanno* audivimus.

Stegman. in Joh. 10. 33. Catech. Racob. Sect. 4. p. 118. Sect. 6. p. 170.

Ex quibus conſtat *Socinianos* præter Deum *Iſraelis,* alium natura hominem tantummodo, eſſentiaque divina minime præditum, *imperio, authoritate,* & *ſuprema in omnia poteſtate* Deo *Iſraelis æqualem* factum, *divina potentia, virtute, ſcientia, cordiumque omnium ſcrutinio* præditum, *divinæ naturæ, gloriæ,* immo *cœleſtis majeſtatis* & *divinitatis* ipſius *participem,* & *hactenus unum eundemque cum Deo Iſraelis effectum* introduxiſſe; hoc eſt hominem Deo æqualem, hominem ſummo imperio, cœleſti Majeſtate, ſuprema poteſtate ornatum, ſumma denique divinitate, & cum Deo unitate præditum, hominiſque adeo ἀπροσωπον, qualem vix gentium *inſcitia,* vel *Latinorum Idolomania* mundo obtrudere unquam conata eſt.

Quid, enim quæſo abſurdum magis, & à communi omnium fere *Theologorum* ſententia alienum, quam qualitates tot vere & proprie Divinas concipere actu ſeparatas ab eſſentia, & ſubſtantia Divina: Cum hactenus tanquam axioma obtinuit, *nihil eſſe in Deo quod non ſit ipſe Deus,* Ejuſque proprietates ab illius eſſentia non niſi ratione, & conceptu inadæquato diſtingui, quam novum? quam portento ſimile videtur ſubjecto alicui ſummam divinitatem, & cum Deo unitatem, attributa omnia, nomina, opera, cultumque ſummi Dei tribuere, atq; id ipſum, tamen hominem eſſe, natura nihil aliud niſi *hominem, pronuntiare,* hoc eſt in creaturarum ſortem deprimere? hoc ſane perinde ſemper mihi viſum eſt, ac ſi brutum rationale, riſibile, Religionis capax eſſe pronuntiaverim ſine natura humana, idq; humanam naturam habere negaverim, in quo omnes

nes naturæ humanæ facultates, & propria attributa conſpexerim.

Scire velim ab his emunctæ naris, ſolertiſque ingenii hominibus quid amplius Chriſto adſcriberent, ſi ei Divinam naturam, eſſentiam, ſubſtantiam à Patre derivatam concederent, totamque adeo *Deitatis* plenitudinem eidem ineſſe nobiſcum aſſererent! Vel ſi cum *Patribus Nicænis Deum de Deo, Lumen de Lumine* eundem agnoſcerent. Cum enim ipſo *Socino* fatente *ex dictis Scripturæ neceſſario colligatur Chriſtum eſſe verum Deum*, cum ex eorum *Commentariis* appareat eoſdem veritatis ipſius fulgore conſtrictos, attributa omnia Deo propria Chriſto aſſignare, cur non eſſentiam eidem aſſignant pariter divinam? Si dum divinæ naturæ participationem nos Chriſto tribuimus, ipſos, dicente *Catechiſmo Racoviano, nequaquam habemus refragantes;* cur eſſentiam, divinam eidem tribuendo eoſdem animoſius repugnantes & plane refractarios habemus. Reſp. ad præfat. Wieki p. 533.

Niſi eſſent in *Patrum* ſcriptis plane hoſpites, atque ab iis evolvendis heu nimium alieni, ipſos latere non potuit *ſubordinationem filii ad Patrem, ut ad ſui originem ac principium, unanimi veterum conſenſu confirmari, naturam perfectioneſque divinas Patri & filio competere, non collateraliter, aut coordinate, ſed, juxta eorum ſententiam, ſubordinate, hoc eſt filium eandem quidem naturam Divinam cum Patre communem habere, ſed à Patre communicatam, ita ſcilicet ut Pater ſolus naturam illam divinam à ſe habeat, ſive à nullo alio, filius autem à Patre, proinde Pater Divinitatis quæ in filio eſt, fons origo, ac principium ſit.* Et denique, *Deum Patrem, eo quod origo & principium ipſius ſit, filio majorem eſſe*; atque hæc omnia ab iis dicta eſſe *ut Dei unitas, & Monarchia divina, ſarta tecta conſervetur.* vid. Bull. Sect. 4. c. 1. Sect. 4. c. 2. ibid. c. 4.

Sect. III. Tertio, Eſt inſuper notatu dignum nullam eſſe cultus divini ſpeciem internam vel externam, quam Chriſto creaturæ *Socini Antiſtites* non tantum adſcripſerint, ſed etiam, tanquam partem cultus Deo Patri debiti, eidem tribuendam eſſe non exiſtimaverint, nec enim contenti ſunt dicere *honorem qui Chriſto debetur, talem eſſe, qualis Patri defertur, cui ſane, omnium confeſſione, divinus cultus debetur, nec aliud inter adorationem Chriſti & Dei, diſcrimen eſſe, quam quod Dei adoratio non in alium ullum tendat*, ſed inſuper adjiciunt, *merito dici poſſe eos non honorare Patrem, qui filio, quatenus eſt verus Homo, divinum Adorationis honorem denegant, demonſtravimus enim, inquiunt, divinum cultum qui Patri debetur etiam Chriſto deberi.* Speciatim Wolzog in Mat. 4. 10. Joh. 5. 23. 24. Marc 12. 29. 32. 34. Mat. 22. 37. 38. 40. Luc 10. 28.

Primo, Præceptum habemus primum & maximum, Chriſti ipſius verbis ſic traditum, *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus unus*

 eſt,

eſt, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, hoc eſt primum & maximum mandatum. Hoc fac & vives, hanc Chriſti deciſionem de quæſtione apud *Judæos* agitata, utrum præceptum de *Sabbatho* de *Circumciſione*, de *Sacrificiis*, ſive de Deo amando, & colendo, omnium eſſet maximum, ſic laudat *Scriba* cum eo ſermonem inſtituens, *Benè magiſter in veritate dixiſti quia unus eſt Deus, & non eſt alius præter eum, & ut diligatur ex toto corde, intellectu, anima, & ex tota fortitudine, majus eſt omnibus Holocautomatibus, & Sacrificiis.* Quæ quidem reſponſio *Chriſto* valde arriſit, *Videns enim Jeſus quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi, Non es longè à Regno Dei.* Hujus præcepti, *quatenus à Deo ipſo lata eſt, Sententia*, ſecundum *Socinianos*, *poſtulat, ut quicquid eſt in nobis affectus, quicquid virium ſive in voluntate, ſive in intellectu noſtro, ſive in corpore, ſive denique in iis quæ nobis conceſſæ ſint opibus & facultatibus, id totum ad Dei, quippe qui unus tantum eſt, cultum, atque obſequium conferamus; ſed quatenus Chriſtus id, ab eo, quo dilectio proximi continetur, diſtinguit, ad Dei cultum & honorem nominatim refertur, & imprimis id continet, ne ulli alii Deo præter ipſum adhæreamus, & ſpirituale adulterium ulla ex parte committamus;* Et tamen ſtatuunt huic præcepto *hoc Chriſtum addidiſſe, ut ipſum etiam Chriſtum eo dilectionis genere diligamus, quo Deum ipſum.*

Catech. Racov. §. 6 p. 154, 155.

Ibidem p. 157, 157.

Secundo, *Fiducia in Deo ponenda eſt*, inquiunt, *Sociniani, hoc pacto ut & omnia eum præſtare poſſe, & ſi ejus favorem quæras tibi benefacturum, omniaque promiſſa ſua præſtiturum eſſe firmiter credas.*

19. p. 164, 165.

Deinde quæſtioni huic *quo pacto Chriſto debemus confidere*, reſpondent, *Eo pacto quo ipſi Deo, nempe ut omnia eum præſtare poſſe, &c. firmiter credas.*

Tertio, Dei cultum & honorem *in adoratione, & invocatione* conſtituunt, *adoratione* nimirum non *externa* tantum, quam corporis flexione, laude, gratiiſq; pro beneficiis actis exhibemus, ſed *internâ, quæ in ſe comprehendit ſummam animi noſtri in Deum reverentiam, & coram eo dimiſſionem, ex eo ortam, quod immenſam Dei ſapientiam, & poteſtatem, & benignitatem in nos ex ipſo cordis & animi ſenſu agnoſcamus.*

Huic autem primo præcepto hoc *Chriſtum addidiſſe*, aiunt, *Quod ipſum etiam Dominum Jeſum, pro eo quod in nos poteſtatem habeat divinam, iſto ſenſu pro Deo agnoſcere, ac porro ei confidere, ac Divinum honorem exhibere tenemur.*

4°, Horum præcipua in Sectione prima ad examen vocabimus, impræſentiarum igitur ſufficiat pauca hæc adnotaſſe:

Primo,

Primo, cum dicunt præcepto de ſolo Deo amando hoc *Chriſtum* adjeciſſe, *Ut ipſum etiam Chriſtum eo dilectionis genere diligamus, quo Deum ipſum*, ſententiam hanc cum eorum hypotheſi, Chriſtiq; ipſius dictis nequaquam conſiſtere poſſe. Eſt enim iſtius præcepti hæc ratio aſſignata, quod *Deus Iſraelis*, & Deus ſummo amore complectendus, *Deus unus eſt*, non ergo patitur eum eodem dilectionis genere coli, qui *Deus Iſraelis*, & unicus Deus non fuerit. Secundo, teſtatur *Chriſtus Scribam ſapienter reſpondiſſe*, cum tamen extra dubium ſit eum, de uno Deo *Iſraelis* præ omnibus amando, verba feciſſe, nec unquam de alio in ejuſdem amoris conſortium admittendo per ſomnium quidem cogitaſſe. Tertio, *Scribam* hunc *non longe à Regno Dei* fuiſſe aſſerit; quis autem juxta *Socini* placita, à Regno Dei magis alienus eſſe potuit quam is qui *Judaicum illud principium* de uno Deo colendo, quod juxta *Smaleium*, *Abnegationem Chriſtianæ Religionis* in ſe continet, mordicus tenuit, & inter prima Religionis veræ præcepta numeravit?

Secundo, Amorem, fiduciam, ſpem, adorationem, invocationem ex primi præcepti ſenſu genuino, ſoli Deo propria eſſe, & ſoli Deo *Iſraelis*, ante adventum Chriſti, debita fuiſſe, confiteri videntur *Sociniani*; dicendo nos eo obligari *id totum, quod in noſtra poteſtate, eſt ad Dei, quippe qui unus tantum eſt, cultum conferre, nec ulli alii deo præter ipſum adhærere, ne ſpirituale adulterium committamus*; verbaq; præcepti ejus poſtulare, *ne ullum alium Deum præter ipſum colamus, cum ipſe ſolus & unicus Iſraelis ſit Deus, omnes alii, reſpectu Iſraelis, alieni ſunt, peregrini, & novi*; qui ergo hæc omnia eodem genere, aut gradu, homini Chriſto natura & eſſentia à Deo *Iſraelis* alieno, deberi contendunt, & inſuper audacter aſſerunt *Chriſtum* ipſum hæc nova præcepta, Dei mandato de ſe unico colendo, adjeciſſe, quod ipſe eodem amore proſequendus, eadem fiducia honorandus, eodem divino honore, & obſequio colendus, eadem adoratione omnimoda venerandus, eadem laude & gloria decorandus, iiſdemque precibus ſolicitandus ſit, ii certe Chriſti veritatem nimium ſuſpectam reddunt, & dubitandi occaſiones novas *Scepticis* miniſtant; num is pro vero *Meſſia* agnoſcendus fuerit. Nil equidem notius occurrit in *Evangelica* de Chriſto *Hiſtoria*, quam eum in mundum veniſſe, ut exemplum humilitatis & modeſtiæ nobis præberet, ſe gloriam ſuam minime quæſiviſſe, honorem ſibi conciliando intentum minime fuiſſe: *Si ego*, inquit, *glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt*; quam autem abſurdum & incongruum videri debeat, ipſiſſimum illum *Chriſtum*, qui hæc toties inculcaverat, adeo gloriæ ſuæ ſtudioſum, & honoris cupidum fuiſſe, ut quaſi in Dei Patris ſolium involaret, ſibiq;

Catech. Racov. c. 6 p. 154. 155.

16. p. 157.

Joh. 8 54.

ſibique in omnibus æqualem cum eo cultum præſtandum exigeret.
L. 4. c. 14. *Non enim*, monente *Lactantio*, *ſervaſſet fidem, ſi miſſus, ut Deos tolleret, atque unum aſſereret, induceret alium præter unum, hoc* enim *erat non de uno Deo facere præconium, nec ejus qui miſerat, ſed ſuum proprium negotium gerere, ac ſe ab eo, quem illuſtratum venerat, ſeparare.*

Interrogarem tertio num hanc *Meſſiæ* χάρν, hunc cultum Chriſto exhibendum eſſe, *Prophetæ* tradiderint? Si non, libenter ſcirem, cur *Chriſtus Judæos* ad *Moyſem* & ad *Prophetas* miſerit, ut inde de eo documenta haurirent? Aut quomodo ex *Prophetis* probare potuerint *Apoſtoli Chriſtum* pro *Meſſia* habendum eſſe? Cur *Chriſtus*
Luc. 24, 25, 26. *Apoſtolos* ſuos ſic alloquitur, *Oſtulti, & tardi corde ad credendum omnibus quæ locuti ſunt Prophetæ, nonne hæc oportuit pati Chriſtum, &*
1 Pet. 1. 10, 11. *ita intrare in gloriam ſuam?* Cur *Petrus* dicit *prænuntiaſſe eos futuras Chriſti paſſiones, & ſecuturas glorias*, cur ipſos *Chriſtianos at-*
2 Pet. 1. 19. *tendere* præcepit *huic firmiori prophetico ſermoni, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco?* Sin dicas *Prophetas* tradidiſſe hunc cultum *Chriſto*, non Deo adſcribendum eſſe, cur toties ab illis audivimus *unicum eſſe Deum*, amoreque adeo ſummo *hunc ſolum eſſe proſequendum, eum ſolum adorandum, eique ſoli ſerviendum* eſſe, Deum *Gloriam ſuam alteri minime conceſſurum*, eum *Zelotypam* eſſe, nec impune paſſurum, cultum ſibi debitum alteri tribui, cur illud denique a *gentibus* notandum, à ſuis memoria perpetuo retinendum propo-
Jer. 10, 11. nunt, *Deos, qui cœlum & terram non fecerunt, de terris, eradicandos* eſſe; cur inquam hæc omnia ab iis dicta invenimus, nulla *Sociniano*rum limitatione adhibita, nullo indicio dato, quod hæc *Judaica* præcepta eſſent ſub *Chriſtiana Oeconomia* ſolvenda, nec locum amplius habitura? Cum ergo hi, vel ſoli, vel ſaltem modi præcipui videantur eſſe, quibus creatura in Deum evehi, & Polytheiſmus revera induci queat, nempe 1° Ut creatura Deus ipſe, Deoque æqualis pronuntietur. 2° Ut creaturæ Deitatis veræ κειτήρια indicia, attributa propria adſcribantur. 3. Ut cultus Deo ſoli debitus eidem adhibeatur, ſequitur *Socinianos*, qui modis his omnibus creaturam in Deum evehunt, *Idololatriæ*, & *Polytheiſmi* reos eſſe, quod erat demonſtrandum. Reſtat, ut de primo Decalogi præcepto pauca dicamus,

Sect. IV. Quarto, Igitur id monitum velim, & ſerio perpendendum, Deum O. M. præcepta de cultu ſibi exhibendo eo animo tuliſſe, ut nos in vero ſui unius cultu retineret, nec pateretur animum noſtrum ad creaturarum obſequium dilabi: Eſt enim proculdubio præceptum *de aliis Diis non habendis coram facie ſua* ea ratione

tione conceptum, ut Dominus Deus ſuo jure potiatur in ſolidum, nec eum aliis cultum adhibeamus, quem unus ille ſibi vendicat, utque apud ipſum, quæcunque ſibi ſunt propria, reſideant; Huc plane tendunt ea omnia, quæ in *Idololatriæ* omnis remedium, in prima *Decalogi* tabula proponuntur, nimirum Deum ipſiſſimum adorandum eſſe, qui *populum ſuum ex Ægypto eduxit*, qui *ſex diebus cœlum & terram, & omnia quæ in ipſis ſunt, creavit*, ei ſoli ſerviendum eſſe, eumque ad *Zelotypiam* provocari, quoties alius ejuſdem cum eo cultus particeps evadit, nec impune paſſurum eſſe eum, qui vel tantillum ex ejus gloria delibet, aut alteri concedat.

Jam vero juxta *Socinianorum Theologiam* cultus divinus Deo proprius, quem hoc mandato, tanto molimine, tantiſque argumentis ſibi in ſolidum aſſerere inſtituit Deus, non tantum *Chriſto*, ſed etiam Angelis, Dei *legati* cum fuerint, tribuendus eſt. Nec enim erubeſcunt palam dicere *cultum Divinum, qui Deo Altiſſimo debetur, nunc etiam Chriſto, & ante Chriſti tempora, Angelis quoque Dei perſonam gerentibus jure meritoque delatum eſſe. Poteſt Deus*, inquit Smalcius, *præcipere, ut quicunque vel Angelorum pro Deo N.B. colatur.* Et rurſus *Angelis qui Dii Cœleſtes ſunt, divinum cultum tribui poſſe, & reipſa tributum fuiſſe in veteri fœdere nemo inficiari poteſt.* Hoc etiam inter ipſos obtinet axioma, quod *omnis legatus ſuſtinet perſonam mittentis, & idem honor ipſi debetur, qui mittenti, quem honorem ei mittens, eo ipſo communicat, dum eum mittit*; ex quo aperte ſequitur non tantum omnem *Angelum* à Deo miſſum, ſed *Prophetam* omnem divino honore colendum eſſe; immo hinc ſequitur *Apoſtolis* divinum honorem debitum fuiſſe; erant etenim Chriſti, Deique *legati*, Chriſto dicente, *ſicut me pater miſit, ita ego mitto vos*, hoc nomen ſibi ipſis vendicant dicendo, *pro Chriſto legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos.* Hunc porro cultum Chriſto in terris agenti exhibendum eſſe pronuntiat *Wolzogenius* propter *illam poteſtatem quam in terris habebat ad hominibus benefaciendum:* Cum ergo ſimilem poteſtatem hominibus benefaciendi habuerint *Apoſtoli*, cur ipſis ſimilis cultus denegaretur! Hæc autem omnia *Angelorum* & Sanctorum religioſo cultui introducendo inſervire, cæcus eſt, qui non videat. Sed Deo gratias contra hanc ſtultam *Theologiam* munivit nos *Chriſtus*, reſponſo *Satanæ* dato, *Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ſervies*, ſtabilivit nos D. *Petrus* Chriſti ad *Cornelium* Legatus, adorationem ſibi oblatam renuendo, & *Cornelio* dicendo *Surge, & ego ipſe homo ſum; non eſt ergo cur me tantopere venereris ut Deum*, Notante eodem *Wolzogenio*, poſtquam priores Nænias ex ſuo Cerebro excuſſerat.

Wolzog. in Matth. 4. 10 p. 189.

Err. 17. & Er. 100.

Wolzog. in Joh. 5. 23.

Joh. 20. 22 2 Cor. 5. 19.

Matth. 4. 10.

Act. 10. 26.

Præ-

Præmunivit nos *Paulus*, qui gentium, Deumve ignorantium hoc
Gal. 4. 8. indicium, hoc crimen fuiſſe perhibet, quod *iis, qui natura dii non erant, ſerviebant*, eſt enim nimis abſurdum id ipſum fidei *Chriſtianæ* Articulum, partemque facere, quod *gentium* præcipuum crimen, certumque ignorantiæ Dei κειμήλιον à Chriſti *Apoſtolo* habebatur: Taceo eundem *Apoſtolum* inter *gentium* facinora à lumine naturæ abhorrentia, & nulla *Apologia* excuſanda, hoc imprimis re-
Rom. 1. 25. putaſſe, *quod præter creatorem in ſæcula benedictum creaturæ ſerviebant*, quibus verbis, ipſo *Sclichtingio* monente, docuit *Apoſtolus*
In locum. *ſolum creatorem, excluſis omnibus creaturis religioſe colendum eſſe, & peccari ſive quis creatorem in cultu negligat, ſive creatoris cultui cultum creaturæ religioſum adjiciat*, quæ omnia fruſtra ſolvere conatur dicendo *Deum hunc Chriſto creaturæ cultum & honorem tribuiſſe*. Reſpondeo enim ipſius verbis paululum mutatis, ſi creaturas *aliquas*, Deo Auctore, *religioſe colere, illiſque ſervire fas eſſet, præter ſolum creatorem, hoc tantum reprehendere debuiſſet Apoſtolus*, quod creaturæ, ſine Deo Auctore, *ſervierint*, non vero ſimpliciter quod ſervierint creaturæ; Armavit nos denique *Angelus* Dei *lega-*
Apoc. 22, 6 *tus* abs eo miſſus, *ut oſtenderet ſervis ſuis, quæ oportet fieri cito*, cultum enim à *Johanne* oblatum non tantum reſpuit, ſed Deo exhibendum eſſe monet, immo *Johannem* ab hoc obſequio, tanquam ab aliquo nefario ſcelere, deterret, ὅρα μὴ, inquit, prærupta, & conciſa oratione, qualis in magna animi perturbatione eſſe ſolet, ex quibus patet *Johannem* rem ab officio ſuo alienam, ipſiſque *Angelorum* votis contrariam præſtitiſſe. Abſit enim ut putemus ſanctiſſimos illos *ſpiritus* perturbari, ac percelli, cum homines pii ad ea facienda ſe accingunt, quæ juſta, & decora, quæ dei legibus, & veræ Chriſti traditioni conſentanea ſunt. Notandum denique *Angelum* hunc oſtendiſſe Johanni, *creaturas omnes in cœlo, & in terris*,
Apoc. 5. 12. cultum divinum *Agno* tribuentes, & *magna voce clamantes, dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem*, & *Divinitatem*, θεότητα *& ſapientiam, fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictio-*
V. 13. *nem*. Et rurſus, *Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum*. Cum ergo poſt hæc omnia, bis Deo ſoli hunc cultum adhibendum eſſe tam ſolenniter teſtetur, *Chriſtum* è ſorte creaturarum eximendum, eumque pro Deo a *Chriſtianis* agnoſcendum eſſe ſatis innuat; quod hic quædam in Sectione prima allata repetiverim, Lectoris veniam imploro.

Sect. V. Quinto, Id etiam obvium cuique eſt, totam *Idololatriæ* rationem, quatenus inter *Patres Antiquos*, & Reformatos *Theologos* hactenus obtinuit, hiſce *Socinianorum* commentis penitus evacuari,

&

& *Romanenſium* ea de re placita, eorum principiis magis congruere, quæ enim inter *Primævos Chriſtianos*, *Evangelicos*, & melioris notæ *Scholaſticos* hactenus obtinuit *Idololatriæ* definitio, ſic ſe habet, *Idololatria eſt cultus Divinus, ſeu ſoli Deo debitus, non Deo præſtitus;* ſive *eſt cultus Deo debitus creaturæ exhibitus*, hanc cultus *Idololatrici* definitionem *Socini Schola* agnoſcere non poteſt, contendunt enim ſub utroque teſtamento cultum Deo debitum, creaturæ jure merito adhibitum fuiſſe, Deoque Auctore conceſſum. Eſt ergo juxta eorum *Theologiam Idololatria cultus Deo debitus, creaturæ, eo non concedente, exhibitus;* quaſi metuendi cauſa eſſet, ne Deus gloriam ſuam alteri concederet, deo alteri adhærendum, alteri ſerviendum eſſe juberet, ne vellet nos *ſpirituale adulterium ulla ex parte committere*, eumque adeo ad *Zelotypiam* provocare. Sed quicquid ſenſerit *Socinus*, & ſui ingenii ſolertia excogitaverit Αγγελολατρειαν ſub veteri fœdere per Deum ipſum, Ανθρωπολατρειαν per Chriſtum ſub novo, inductum eſſe qui dixerit, vereor eum à blaſphemia parum abeſſe, à Scopo Oeconomiæ *Chriſtianæ* eundem toto cœlo aberrare, nullus dubito.

Porro diſtinctiones *Latinorum*, quas ad ſuam *Idololatriam* tegendam excogitarunt, *Sociniancrum* in ſcriptis ſæpius occurrunt. Hoc enim Perizomate *Angelorum*, & *Divorum* cultum *Latini* palliare ſolent, quod neutiquam de iis tanquam de ſummis rerum principiis, fineque ultimo concipiunt, nec ea de cauſa cultum iis exhibent, ſed quoniam bonorum cauſas medias eos eſſe exiſtimant. Diſtinctione hac *Idolatriæ* crimen à ſe rejiciunt *Valentia*, *Becanus*, *Bellarminus*, *Summaliſtæ* paſſim; nec aliud inter adorationem Chriſti creaturæ, Deique p. diſcrimen agnoſcunt novi *Photiniani*. Cultum quem exhibent Chriſti Imaginibus eſſe tantum cultum Divinum ſeu latriam per accidens, non terminari in imagine, non eſſe ei debitum per ſe, ab imagine ad exemplar tranſire, clamant *Latini*, eaque de cauſa *Idololatricum* eum non eſſe contendunt; iiſdem plane diſtinctionibus utuntur, hac in cauſa, *Socini Aſſeclæ*, nempe Deo ſummo competere hanc adorationem *per ſe*, aliis *per accidens*, *adorationem hanc non in Chriſto tanquam fine, aut ultimo ſcopo quieſcere, ſed ad Patrem tendere, adorationem hanc creaturis non deberi per ſe, ſed quatenus cum eo, cui per ſe adoratio debetur, conjunctæ ſunt*, ubi autem tot *emplaſtris* opus eſt, ibi eſſe ulcus ſuſpicandum eſt, & ubi recepta per tot ſæcula *Idolatriæ* definitio ſolicitatur, & immutatur, ibi Novi *Idololatriæ* generis in eccleſiam introducendi ſuſpicio non levis ſuboritur.

Wolzog. in Mat. 4. 10. p. 189.

Wolzog. in Mat. 4. 10. Joh. 5. 23. Schlicht. in Rom. 1. 25.

Sect. VI. Eſt etiam ulterius obſervandum totam pœne *gentilium* de-

de diis mediis, hoc eſt *Socinianis*, *Theologiam*, cum his *Socini* placitis per omnia fere conſpirare, eſt enim iiſdem fatentibus.

Primo, Creaturarum, ſive Deorum factorum cultus, quos enim *Deos medioximos* appellabant; eos etiam *deos factos*, & à *ſummo Deo conditos*, *inferioris notæ*, *& de plebe Deos* eſſe confitentur. Supremum numen *reliquorum Deorum* δημιουργὸν, *Deorum omnium Deum*, *Deorum omnium Dearumque Regem à quo iſta numina, quæ adorabant & colebant ſuſpenſa ſunt*; eorum *Theologia* conſtituit, Reliquos Deos *ab illo uno Deo factos*, *& ſublimiter collocatos* tantumque abeſſe ab ejus Divinitate Deos reliquos *ut inter homines recenſeri potius mereantur.*

Sen. Ep. 100. Juſt. exhort. ad Gr. p. 19. Auguſt. de C.D. l. 9. c. 3. Lact. l. 1. c. 5. Aug. de Ci. Dei l. 4. c. 9. l. 6. c. 1. l. 8. c. 6.

τὰς λοίπας θεὰς τοσοῦτον ἀπέχειν τ ἐκείνης θεότητος ὥστε αὐτὰς ὑ μετ' ἀνθρώπων ὀνομάζειν ἀξιῶν. Juſt. M. exhort. ad Gr. p. 22.

Secundo, Eſt etiam cultus in honorem ſummi Dei tendens, & deſignatus, ad ejuſque gloriam compoſitus, *eum* enim ipſis docentibus *debemus* ὅτι τ δημιουργικὸν μόνον αὐτῶν θεὸν ἀναφέρειν *ad Opificem eorum Deum tantum referre*; *eum, qui plures deos veneratur hoc ipſo, in quantum unum aliquem Deo maximo ſubditum colit, rem gratam ſummo Deo facere teſtantur.* Et rurſus *ſi quis* inquit *Celſus, jubeat bene loqui Soli, aut Minervæ, alacriter Pæan canendus eſt, ſic enim Magnum Deum veneraris magis videberis, ſi hos quoq; hymnis honores, & laudibus; pietas enim fit perfectior, ſi per omnia tranſeat.*

Hieroc. in car. Pyth. p. 10.

φησὶ γὰρ ὑ τ θεραπεύοντα θεὸς πλείους τῷ ἕν τι σέβειν τῶν μεγάλων θεραπεύειν, φίλον ὑ ἐν τούτῳ ἐκείνῳ ποιεῖν. Celſus apud Orig. l. 8. p. 381.

ὅτῳ τοι σέβειν μᾶλλον δόξῃς τ μίαν θεὸν, τὸ γὰρ θεοσεβὲς διὰ πάντων διεξιὸν πλεώτερον γίνεται. p. 421.

Tertio, Eſt etiam eorum cultus, ſecundum *Ethnicos*, *conſilio*, *& legi magni Dei* conſonus, nec aliter quam ipſe voluerit peragendus; eos enim colendo obtemperamus inquiunt, θείῳ νόμῳ ὑ θείᾳ βουλήσει. *Legi & Conſilio divinis, nec quenquam eorum honore proſequi licet niſi quem ille honorari vult*, erat ergo honoris, juxta *Socini* placita, cultus, Deo Auctore, *Geniis*, diiſque conceſſus.

Hieroc. p. 9, 18.

ὐδ' ἔξεστι πᾶσιν τισὶ, ᾧ μὴ δέδοται ἐξ ἐκείνης τῆς ἀρχῆς. Ibid. l. 8. p. 381.

Quarto, Fuit ſecundum eoſdem is honor cultuſq; iis exhibitus ob poteſtatem, quam à Deo ſummo acceperant, & ob beneficia eorum opera hominibus præſtita; *Quidquid enim geritur per Angelos, per Dæmonas, ſive Heroas, id omne*, inquit *Celſus*, *legem à ſummo Deo*

Deo præſcriptum habet; Annon horum quiſque poteſtatem eam ſortitus eſt, qua dignus eſt habitus? Ergo eum qui à Deo poteſtatem accepit Cultor Dei non venerabitur? Eſt, inquit *Plato, Deus ſummus Jupiter aliorum autem quotquot numerum duodenarium complent, principes ducuntur juxta ordinem ab eo conſtitutum: unde eos precibus colendos eſſe ob eam quam gerunt provinciam, innuit. Cuncta cœleſtium voluntate, numine & Authoritate fiunt,* inquit *Apuleius, ſed Dæmonum obſequio opera, & miniſterio;* Hos *Dæmonas* bonos, Dei Magni *interpretes Dei Vicarios, & conciliatores, ejus Miniſtros, & Procuratores, Portitatores humanarum precationum ad Deum, divinarumque rerum ad homines, ob beneficia quæ erga communem hominum vitam præſtant, honorandos, ideoque coli ab hominibus, ut qui divina providentia ob vitæ puritatem, poteſtatem acceperint, ut ad hominum miniſterium locum, qui eſt circa terram obirent.*

Πάντα ταῦτα ἔχει νόμον ἐκ τῆς μείζονος θεᾶς πάλαι ὃ ἐφ' ἑκάστῳ δυναμὶν λαχὼν ὅσπερ ἱξιώλαν, τῆδεν ἐν τὸν ἐπεῖθεν ἐξουσίας πλουκώτα ὁ σεφανθεὶς δικαίως ὁ σέβων τὸν Θεόν. L. 7. p. 377. ὧν δ' ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ ὧν δώλεια ἀειθμῷ πελαγμένοι θεοί, ἄρχοντες ἡγεῖν τ' καὶ τάξιν ἓν ἕκαστος ἐπάχθη. In Phædro p. 246. εὐχαῖς πιᾶν μάλα χρέων χάειν τῆς εὐφήμου διαπομπείας. Epinom. p. 1310.

De Dæm. Socr. p. 45.

τὸ δαιμόνιον ἔστιν --- ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων, καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν. Plato Sympoſ. p. 1194. Plato τὰ σώματα πεφυκότα ὑγρὰ καλεῖ καὶ θεούς, τὰ δὲ μέσα λόγικὰ καὶ αἰθέρια καὶ δαίμονας ἀληθῶς, ἑρμηνέας τε καὶ ἀγγέλους ὧν συμφερόντων ἀνθρώποις νομοθέτας. Photius ex Hierocle f. 750. vid. Plutarch de Iſide & Oſir. p. 316. διὰ τὰς ὑπὲρ τὸν κοινὸν βίον ὡς φασὶν εὐεργεσίας ἐκλεπτομένους. Euſeb. præpar. Evang. lib. 5. c. 3. p. 182. D. θρησκεύειν δὲ τοὺς ἀνθρώπων διδάσκοντες, ὡς ἂν ἐξισταῖεν λαβεῖν διὰ καθαρότητα τοῦ εἶναι τῇ θείᾳ προνοίᾳ εἰς τὸ ὧν ἀνθρώπων λειτουργίαν τὸν μεταξὺ τόπον. Clem Al. Strom. l. 6. 631. C.

Hæc autem quiſquis cum *Socinianorum* placitis contulerit, videbit omnia fere ad amuſſim convenire, *Gentiumq;* Philoſophos in eo ſolo culpandos eſſe, quod rationibus haud ſatis firmis inducti omnia Dæmonum obſequio, opera, & miniſterio fieri judicarint, cultumque proinde Dei magni lege, & conſilio iis ob cauſas jam allatas, conceſſum eſſe.

In eo autem facilè veniam impetrabunt ab iis, qui probe noverint *Theologiam* hanc non tantum inter *Philoſophos* obtinuiſſe, ſed etiam inter *Judæos*, & *Chriſtianorum Antiſtites* receptiſſimam fuiſſe; inter *Judæos* receptam fuiſſe hanc ſententiam ex eo liquet, quod juxta *LXX. Interpretes quando Altiſſimus dividebat Gentes, & diſ-*

Deu. 32. 8.

perſit filios Adami, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατ' ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ, *Conſtituit terminos Gentium juxta numerum Angelorum Dei:* hoc eſt, dicente *R. Menachem, Septuaginta Gentibus, ſeptuaginta Angelos præpoſuit.* Nam ἑκάστῳ ἔθνει κατέστησεν ἡγεμόνα. *Unicuique Genti* ſecundum *Siracydem, Conſtituit Gubernatorem, portio autem Domini erat Iſrael. Philo Judæus*, eos pronuntiat πρεσβεῖς τινας ἀνθρώπων πρὸς θεὸν, καὶ θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, *Legatos quoſdam eſſe hominum ad Deum, & Dei ad homines;* quibus omnibus robur accedit non tantum ex iis, quæ apud *Danielem* occurrunt *de principe Perſiæ*, & *Græciæ;* ſed præcipue ex his D. *Pauli* verbis, *Non enim Angelis ſubjecit orbem futurum de quo loquimur*, ex quibus pronum eſt colligere mundum, ante adventum Chriſti, *Angelis* multo magis quam poſtea ſubjectum fuiſſe; Ita revera Patribus primævis viſum eſt, ii enim audacter pronuntiant, *Deum Patrem hominum regimen Angelis ad hoc opus ordinatis tradidiſſe, idcirco ſinu Angelos*, inquiunt, *creavit ut rebus à ſe digeſtis providerent, erantque adeo Gentes omnes ſorte antea ipſis traditæ. Eſt enim uniuſcujuſque Gentis Angelus, cui credita eſt Gentis iſtius diſpenſatio à Deo: Deus enim excelſus qui ſolus poteſtatem omnium tenet, in ſeptuaginta & duas partes diviſit totius terræ Nationes, iiſq; Principes Angelos ſtatuit.*

Ainſw. in l. cum. Eccluſ. 17. 17.

Lib. de Gigant. p. 286. de plant. Noe p. 216.

Dan. 10. 13, 20.

Hebr. 2. 5.

πῶς μὲν γὰρ ἀνθρώπων, καὶ πῶς ὑπὸ τὸν ἕνα νόμον πρόνοιαν; Ἀγγέλοις, οἷς ὑπὸ τάπις ὑπαξε παρέδωκεν. Juſt in Apol. 1. p. 44.

τοῦτο γὰρ ἦν ἀγγέλων σύστασις τῷ θεῷ ὑπὸ προνοίᾳ γένοντο τῶν ὑπὸ αὐτῷ διακεκοσμημένων. Athenag. legat. p. 27. πάντα τὰ ὑπὸ τῆς γῆς ἔθνη τὰ πρότερον πλείοσιν ἀγγέλοις κεκληρωμένα. Euſeb. Dem. Evang. l. 4. c. 10. p. 163. Vide c. 6. p. 155. D c. 7. p. 156. c. 9. p. 159. & paſſim. Iren. l. 3. c. 12. p. 266. Clem. Alex. Strom. 7. p. 702. C. D.

Clem. Recogn. l. 2. §. 42.

Reſp. ad Pſal. Wick p. 534.

Hæc quæ de *Diis Gentium* colendis in medium jam adduximus, lucem, & robur accipient ex iis quæ *Socinus* ipſe ad objectionis hujus à *Wieko* latæ vim diluendam regerit: *Affirmo*, inquit, *Ethnicorum errorem non in eo fuiſſe quod non unum tantum Deum colerent*, NB. *Sed in eo præcipuè quod curam mundi, atque hujus univerſitatis, & ipſarum rerum humanarum in plures Deos diſtribuerent, qui nequaquam ab uno ſolo Deo penderent, à quo videlicet curam iſtam ſibi demandatam habuiſſent, cuique eſſent ſubordinati, adeo ut eorum poteſtas, & gubernatio, & cultus quo propter illum afficiebantur, ad unum illum Deum tota referrentur:* Hæc enim omnia in quibus ſolum diſcrimen inter *Socinianos*, & *Ethnicos* hic poſuit ipſe *Socinus*, falſiſſima eſſe, diſertis *Ethnicorum* teſtimoniis jam probavimus. Et innumeris indiciis eruditiſſimus *Cudworthius* ſolidiſſime confirmavit.

De-

Denique notandum præceptum de cultu unius Dei juxta hæc *Socinianorum* placita morale minime fuiſſe, ſed plane poſitivum, nec enim concipi poteſt id eſſe rationi naturali contrarium, quod *Angelis* ſub *Veteri Teſtamento, Chriſtoq;* homini ſub *Novo*, ex Dei præcepto debebatur. Non potuerunt igitur *Ethnici* lumine naturæ cognoſcere Deum ſummum hunc cultum *Angelis*, aut *Geniis* bonis non conceſſiſſe. *Deus*, inquiunt *Sociniani*, *hoc præcepto nobis dato ſibi facultatem minimè arripuit Chriſtum ſuum ad cœleſtem poteſtatem evehendi, ſuamque gloriam per hoc amplificandi, ſed nos lege ſua circumſcripſit, ne quenquam noſtro arbitratu ſecum in cultu & honore divino auderemus conjungere. Populum tantum obligavit*, inquit *Volkelius*, *ne is pro ſuo Arbitrio divinum cultum cuiquam exhiberet, huic inquam, non ſibi, legem iſtam tulit. Non certum eſt*, inquit *Smalcius*, *Deum ob naturam divinam præciſe colendum eſſe*, ex pura igitur Dei voluntate tota res pendeat, neceſſe eſt, eidemque in ſolidum debetur quod creaturam quamlibet, eodem quo Deum *O. M.* honore, non proſequimur: Nec enim ex natura, ſed ex arbitrio divino fluit, quod Deus ſummus ſummo honore ſit tantum proſequendus, & à natura divina minime abhorret *Gloriam ſuam alteri tribuere, laudemq; ſuam etiam ſculptilibus*, modo colantur cultu relativo, tranſituro, per accidens, in gloriam ſummi Dei. Sect. 7. Rac. v. Ca. p. 171. De vera Relig. l. 4. c. 8. Err. 8.

Reſtat jam ut paucis oſtendamus hæc omnia *Socinianorum* nova commenta, Chriſtianæ fidei analogiæ, & primario inſtituto prout à *Patribus Primariis* ad ſæcula poſteriora derivatum fuerit, adverſari. Hæc enim apud *Antiquiſſimos Patres*, Scriptura præcinente, & ratione ſuffragante, continuo occurrunt. Sect. 8.

Primo, *Chriſtianam* fidem cultores ſuos à plurium Deorum obſequio avocare, & ad unius Dei cultum eoſdem conſecrare, imo Religionem hanc eo potiſſimum conſilio inductam eſſe, ut plurium Deorum cultum aboleret, Deum unicum, aſſereret, eique cultum noſtrum in ſolidum exhibendum eſſe, omnium animis infigeret.

Secundo, Idololatriæ rationem minime mutatam eſſe, ſed ejus nos adhuc reos eſſe, quoties cultum Religioſum, & Divinum creaturæ exhibemus.

Tertio, Mandatum de uno Deo adorando, eiq; ſoli ſerviendo, nec alium præter eum agnoſcendo, morale, & perpetuum eſſe.

De primo hoc capite vix dubitandi locus ſupereſſe poteſt ſerio advertenti quod *Chriſtianam* fidem amplecti, nihil aliud eſt quam *ab Idolis convertere ſe ad Deum, Deo vero ſervire*. Evangelium 1 Theſſ. 1. 9.

Act. 14. 15. Act. 17. 23, 24. *Ethnicis* prædicare, eſt eos *ab his vanis convertere ad Deum vivum qui fecit cœlum, & terram, & maria, & omnia quæ in iis ſunt,* Ad Conditorem mundi omnes qui *eum ignorabant,* dirigere; immo creaturas, & eos, *qui natura Dii non erant,* colentibus, *magna voce clamare, timete Deum, & ei Gloriam date, qui fecit cœlum & terram, & mare, & fontes aquarum.* Apoc. 14. 7.

Is *qui Deum pie colit,* inquit *Clemens Alexandrinus,* & alienus *à Superſtitione eſt, perſuaſum habet eum ſolum, qui eſt ſolus Deus eſſe honorandum & venerandum, Chriſtus,* inquit *Origenes, nos docuit univerſi Domino ſoli cultum deberi, filium ſuum legavit ad homines,* inquit *Lactantius, ut eos converteret ab impiis, & vanis cultibus, ad agnoſcendum & colendum Deum verum, ut nihil aliud adoremus, nihil colamus niſi ſolum Artificis, parentiſque noſtri unicum Numen, ſuperſtitioſi* enim *ſunt qui multos ac falſos Deos colunt. Nos autem Religioſi, qui uni, & vero Deo ſupplicamus. A Chriſto diſcentes novimus,* inquit *Euſebius, factum eſſe mundum, cœlumque ipſum & ſolem, & lunam, & ſtellas, opera Dei eſſe. Neque hæc oportere, ſed horum Authorem colere;* Immo *Edocti ſumus ſoli Deo qui Rex eſt univerſi adorationis honorem tribuere:* Hoc ſæpius repetit, *Chriſtianam* nempe fidem nos omnes à cultu creaturarum ad unum mundi conditorem revocaſſe.

ὁ τῷ ὄντι βασιλικὸς πρὸ Ψυχῆν, καὶ γνωσικός, εἰ & καὶ θεοσεβὴς, καὶ ἀδεισιδαίμων ἂν ἅμοιτο, σεμνὸν μόνον εἶ τὸν μόνον θεὸν πεπεισμένος. Strom. 7. p. 711. C.

τῶν μόνον δεῖν σέβειν. Cont. Cel. l. 1. p. 10. l. 4. c. 14. p. 395. l. 2. p. 228. & l. 4. p. 445.

Demonſtr. Evang. l. 3. p. 106. A.

μόνα τῷ παμβασιλεῖ θεῷ τὸν σεβασμιον πρέπειν ἀπονέμειν. Ibid. p. 107.

Præp. Evā. l. 1. c. 4. p. 12. l. 4. c. 11. p. 170. l. 5. c. 1. p. 180. & 9. Leſ. l. 1. c. 19.

Porro non tantum univerſi Deum, & Creatorem cœli & terræ ſolum colendum eſſe, monent, alioſque colendo, eum nec coli nec coli poſſe, *quoniam ſi honos idem tribuitur aliis ipſe omnino non colitur, cujus Religio eſt illum eſſe unum, & ſolum Deum credere;* ſed rationes hujus primarii *Religionis Chriſtianæ* fundamenti has in medium adducunt. *viz.*

Primo Preceptum de Deo unico colendo, ipſius Dei Patris, Chriſtique authoritate confirmatum eſſe, nec enim alium quenquam adorare licet, juxta eorum *Theologiam* quia ſcriptum eſt, *Dominum Deum tuum adorabis, illique ſoli ſervies, Deum ſolum colendum eſſe,* inquit *Juſtinus M. Chriſtus ita ſuaſit dicens, maximum mandatum eſt Dominum Deum tuum adorabis, atque illum ſolum coles ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua Dominum Deum tuum qui fecit*

Κύριον τὸν θεὸν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Apol. 2. p. 63.

cit te. *Clemens Alexandrinus* hæc habet *ab omni Idololatria dehortans divinus Moſes, pulcherrime clamavit dicens, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Dominus unus eſt, & Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Hæc *verbum Dei in lege vociferaſſe* tradit *Irenæus, Audi Iſrael Dominus Deus tuus, Deus unus eſt, & diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, & hunc adorabis & huic ſoli ſervies; in Evangelio autem per has eaſdem ſententias deſtruens apoſtaſiam, & Patris voce devicit fortem, & legis præcepta ſuas ſententias confitetur,* Et rurſus, *quis ergo Dominus Deus tuus cui teſtimonium perhibet, quem omnes adorare oportet & ipſi ſoli ſervire! omnimodo ille eſt ſine dubio, qui & legem dedit Deus, Neque honores,* inquit *Origenes, reddimus iis, quibus Celſus ait commiſſa eſſe terrena negotia, Dominum enim Deum noſtrum adoramus, & illi ſoli ſervimus, optantes imitatores Chriſti fieri, qui Diabolo dicenti ſibi hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraveris me, reſpondit, Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſervies, hoc eſt, cur honores debitos iſtis quibus Celſus ait res terrenas commiſſas, non reddimus. Cyprianus* libro de lapſis, hæc habet, *nonne fidem noſtram ſemper armans, & Dei ſervos cœleſti voce corroborans, dicit Scriptura divina, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Hoc Argumento contra *Arianos, Pneumatomochos,* & creaturæ cultores quoſcunque pugnant *Patres poſt Nicæni,* & Chriſtum creaturam colere, *Idololatriam* eſſe nobiſcum, pronuntiant. *Si creatura ſit Dei filius,* inquit, *Epiphanius quomodo eum adorari juſſit Pater, præſertim cum Apoſtolus dicat, Et ſervierunt creaturæ, potius quam creatori; & ſtulti facti ſunt, ſtultum enim eſt creaturæ divinitatem tribuere, ac primum legis violare mandatum, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies; Propterea ſancta Dei Eccleſia creaturam non adorat, ſed Filium genitum Patrem in Filio, Filium in Patre, cum Spiritu ſancto. Ambroſius* hinc, *Spiritum ſanctum* eſſe probat, quod adorandus in *Scriptura* proponitur, *Neque enim adorandum quicquam præter Deum legimus, quia dictum Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli*

ἀποβλέπων τὴν εἰδωλολατρείας ἀπόσης ὁ θεσπέσιος παρρήσιος ἀνεκέκραγε Μωσῆς Ἄκουε Ἰσραὴλ de protrept. p. 52.

τὸν Κύριον σὸν θεὸν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ διὰ τοῦτό γε τὰς νομιζομένας προσήκειν τιμὰς οἷς φησι Κελσος τὰ τῶδε ὑπερπεφθαι, οὐκ ἀποδίδομεν contr. Celſ. l. 8. p. 415. Ed. Oxon. p. 124.

μωρὸν γὰρ τὸ κτίσιν θεολογεῖν, ἀθεεῖν δὲ φάσκειν ἐντολὴν τοῦ λέγοντος Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, διὸ καὶ ἀγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία οὐ κτίσμα προσκυνεῖ ἀλλὰ υἱὸν γεννηθέν, παλαιᾷ ἐν ᾧ υἱὸν ἐν παλαιῷ. Hær. 69. N. 36.

De Spir. ſancto l. 3. c. 12.

ſoli ſervies: Cyrillus Alexandrinus adverſus *Arianos*, eodem argumento pugnat multoties. *Si enim Chriſtum*, inquit, *nudum juxta nos, hominem eſſe dicunt, adorantes eum, ex confeſſo cultum divinum homini tribuunt, ſcriptum eſt enim, quod Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.*

εἰ μὲν γὰρ ἄνθρωπον ἴδιον φάσιν καθ' ἡμᾶς ψιλὸν, ἀνθρωπολατροῦσιν ὁμολογοῦντες προσκυνοῦντες αὐτῷ, γέγραπται γὰρ ὅτι Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. De recta fide To. 5. part. 2. p. 163. Vide in Joh. l. 2. p. 217. & Theſaur. p. 314.

Sect. 10. Secundo, Argumentantur contra cultum creaturæ ex primo Decal. præcepto dicente, *Non habebis Deos alios præter me. Nullum alium habemus legiſlatorem*, inquit *Theophilus*, *quam illum, qui revera Deus eſt, qui nos piè, juſtè, & honeſtè vivere docet; quod ad piam vitam attinet, ſic præcipit, non erunt tibi dii alii præter me----- Non adorabis ea, neque coles ea, quia ego Dominus Deus tuus.*

καὶ περὶ μὲν εὐσεβείας λέγει, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς οὐδὲ μὴν λατρεύσεις αὐτοῖς, ἐγὼ γάρ εἰμι Κυρίῳ ὁ θεός σου. Lib. 3. ad Autol. p. 123.

Cont. Cel. l. 5. p. 234. *Judæi, & Chriſtiani*, inquit *Origenes*, *legi obtemperantes ex perſona Dei dicentis, Non habebis deos alios præter me, non adorabis eos neq; coles, οὐδὲν ἄλλο σέβουσιν ἢ τὸν ὁπὶ πᾶσι θεὸν, nihil aliud colunt, quam Deum univerſorum Dominum, qui fecit cœlum, & reliqua omnia.* *Cyprianus* Exhortatione ad Martyrium, Deum ſolum colendum eſſe probat, *quia ſcriptum eſt in Deuteronomio Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies; Item in Exodo non erunt tibi Dii alii præter me.* Eodem Argumento contra *Arianos* militant *Patres Poſt-Nicæni: Si creaturam illum dixerimus*, inquit *Epiphanius*, πῶς ἦν ἔκλισιν ὁ θεὸς θεὸν εἰς προσκύνησιν ἑαυτοῦ, *quomodo Deus Deum creavit, & adorandum propoſuit, cum ipſimet dixerit, Non facies tibi ſimilitudinem ullam, neque in terra, neque in cœlo, neque adorabis illam. Qui Trinitatis unam ſubſtantiam confitentur, divinæ vocis legem obſervant; nihil enim aliud pro Deo coli permittunt præter divinam naturam, qui vero labe infecti ſunt Arii, atq; Eunomii manifeſte in legem divinam committunt, confitentes quidem Deum filium, ſed creatum aſſerentes, & à divina ſubſtantia alienum: nam cum Deus dicat, Non erunt tibi Dii alii præter me iſti Deum alium introducunt.* Ita *Theodoretus: Si filius Dei creatu-*

Hæreſ. 69. §. 36.

οἱ δὲ ἀπὸ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου φανερῶς λάσιον, τὸν θεῖον νόμον ἀνοίκειον βεβαίνουσιν, θεὸν μὲν τὸν υἱὸν ὁμολογοῦντες, κτίσιν δὲ ἀποκαλοῦντες καὶ τῆς θείας οὐσίας ἀλλότριον, εἰ γὰρ θεοῦ λέγοντος οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, ἕτερον θεὸν ἐπεισάγουσιν. Theod. in Ex. qu. 37.

atura esset, inquit *Fulgentius*, *serviendum ei Scripturarum Sacrarum Authoritas non juberet, seu potius prohiberet; in primo enim Decalogi præcepto, sicut unius Dei cultus servitusque manifeste præcipitur, ita omni creaturæ adoratio, & servitus à fidelibus exhibenda, vehementissime prohibetur.* De fide orthodoxa ad Donat.

Tertio, Idem ex eo concludunt *Patres* qua *Ante*, qua *Post-Nicæni*, quod nemo potest *duobus Dominis* servire; *hanc enim sententiam* ἐυλόγως ἀποδιχόμεθα *recte probamus, quoniam nobis tantum unus Deus est:* Denique est hoc imprimis observandum quod *Patres* qui *Arianos Idololatriæ* reos præstabant, agnoscebant tamen eosdem *Trinitatem, quam substantiali diversitate disparem prædicare non dubitabant, consequenter honorificentiæ quoque impari N.B. officio dissipasse, nec patrem & filium* ἐπ ἴσης δοξάζειν *ex æquo glorificasse*, immo inducunt *Arianos* dicentes, *si ex eo quod scriptum sit, ut honorificent omnes filium sicut honoroficant Patrem, existimatis filium æqualibus N.B. cum Patre honoribus esse decorandum, nescitis à veritate longe vos abesse;* qui ergo *Arianos* ob *impares*, & *non æquales* honores *Christo* creaturæ præstitos *Idololatras* disertim, & audacter pronuntiant, *Socinianos æqualem* ei cum Deo Patre cultum exhibentes, ab eodem crimine neutiquam purgaturi fuissent. Gont. Cel. l. 8. p. 381. Fulgent. l. 2. ad Mov. c. 2. p. 74. C. Nysser. contr. Eun. l. 4. To. 1. p. 588.

εἰ διὰ τὸ λέγεσθαι φησὶν ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν &c. νομίζετε χεῖραι τὸν υἱὸν ἰσομετρεῖσθαι τῷ Πατρὶ καταπιπτόντων τιμαῖς ἀγνοοῦντες τὴν ἀληθείαν μακρὰν πω βαδίζοντες. Cyril. Al. l. 2. in Joh. c. 8. & in Joh. 5. 23.

Sect. XI. Secundo, Porro *Idololatriæ* rationem sub *Evangelio* mutatam non esse constat, ex eo quod lex lata de cultu unius Dei *Israelis* asserendo, de Deo recenti πεοσφάτω, Deo Patribus eorum incognito Deo cœlum & terram non faciente respuendo, mutari non potuerit, nisi per Revelationem de novo factam, nec ea, quæ hac in causa prætenderetur Revelatio, aliter confirmari potuit quam *Miraculis*, aut de futuris contingentibus, vaticinio; at contra hujus generis quæcunque molimina, *Judæos* Deus *Israelis* præmuniverat dicendo *neque Prophetiis*, neque *Miraculis* editis fidem ullam adhibendam esse, quoties cumque id molirentur horum Authores, at populum *Judaicum* ad cultum Dei recentis, & *Patribus* eorum incogniti traducerent. His adde *Christum* legi *Judaicæ* subditum fuisse, eum sæpius, palam, omnique asseveratione coram *Judæis* affirmasse, se neutiquam venisse *solvere legem, aut Prophetas;* immo hoc insuper adjecisse quod *quicunque solveret unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocaretur in regno cœlorum, i.e.* indignus esset qui admitteretur in Regni sui con- Deut. 13. 1, 2, 3. Matth. 5. 17. 18, 19.

consortium: Legem igitur moralem nec ipse *Christus*, nec ejus *Apostoli* mutare, & invertere potuerint, præsertim in hoc palmario, & minimè cæremoniali præcepto de Deo recenti, & *Patribus Judæorum ignoto* non agnoscendo, nisi fide ipsius Christi in his assertionibus nimium labefactata, & *Pharisæorum* captionibus exposita. Tertio quæ aliis præceptis adjicienda, quæ in iis mutanda, vel ab iniquis *Scribarum* glossematis vindicanda esse voluit præceptor noster, ea omnia, concione in monte habita plene complexus est, cum ergo de objecto cultus Religiosi sive mutando, sive ampliando, nihil prorsus illic occurrat, sed potius eum tantummodo orandum esse, qui *Pater noster in cœlis est*; constat, nec *Christum* in animo habuisse aliquid hac in parte innovare. Quarto cum Lex *Decalogi* tanto apparatu, & Majestatis divinæ in ea promulganda tantis indiciis lata fuerit, cum tubæ sonitus attentionem ei accersiverit, vox cœlitus emissa eam quasi ex Dei ipsius ore profectam indicaverit, manuque ipsius postea in tabulis lapideis exarata fuerit, & mons interea flammis æstuans terrorem Legis contemptoribus incusserit, cum Legis sic latæ primum & maximum præceptum hoc iis semper visum sit, *Deum unum esse* καὶ τύπον σέβεσθαι μόνον, *eumque tantummodo colendum; unum summum Deum credendum esse, colendumque:* Et *multorum Deorum Religionem ne in aures quidem admittere hominum esse veritati sedulo studentium, germanas nobis naturas non esse adorandas ne immortales quidem & purissimas. Si quis enim, dicente Philone, magni Regis honores, Satrapis ejus, & præfectis exhiberet, non stultitiæ solum argueretur, sed & periculosæ audaciæ, tribuens servis, quod debetur Domino; ita quicunque sic creaturas colit, ut Creatorem, sciat se impudentissimum & injustissimum, qui paria largiatur imparibus, non tam in honorem inferiorum, quam in potioris contumeliam.* Cumque has Leges naturales esse pronuntiarent, adeo ut iis obtemperando naturæ ipsius ductum sequi viderentur, frustra sane laboratum esset eos ad *Christianissimum* pertrahere, si experimento didicissent ei assensum minimè præberi posse, nisi Dei

Josephi, Origen. l. 3. c. 4.

τοῦτον οὖν ἐγγελμα, καὶ παραγγελμάτων ἱερώτατον ξηλεύσωμεν ἐν αὐτοῖς ἕνα τὸν ἀναλάτην νομίζειν θεὸν καὶ πατέρα τῶν ὅλων δ', ὃν πολύθεον μὴ ὄντων φανέντα καθαρᾶς, καὶ ἀδόλως ἀνδρὸς εἰωθότος ζητεῖν ἀλήθειαν. Philo de Decal. p. 753. τὰς ἀθλίους φύσεις μὴ περισκωπτώμεν εἰ καὶ καθαρωτέρας, καὶ ἀθανάτου τέχνης ἐπόψωσι τῇ φύσει.

Mo-

Monarchia violata, cultuque eidem debito τῇ φύσει ἀδελφῷ, καὶ ἴσῳ, contra Legis hujus consilium translato.

Videmus quam ægre paterentur *Judæo Christiani Gentiles* ad fidem Christianam admitti sine observatione rituum Mosaicorum, quem acriter contenderunt ut legalia ubique cum *Evangelio* jungerentur, immo ut *Gentes* Circumcisioni, totiq; *Mosis* legi tanquam unicæ ad salutem viæ, semet subjicerent, videmus quo erga legem *zelo* flagrarent ex *Judeis* ii, qui longa miraculorum serie ad Christum agnoscendum adducti fuerant, quam intestino odio *Paulum* insectarentur quam hostili animo eum aggressi sint ob subspicionem inter se ortam, quod *Judæos* docuisset, *ritus, Moresq; Judaicos non observare*, tumultus, clamores, incendia quanto majora excitassent, si exploratum habuissent præceptorum Moralium maximum non ab *Apostolis* tantum, sed ab ipso *Christo* mutatum esse? Act. 1. 25. 5. 7. Act. 21. 20. Vers. 28.

Denique id etiam serio observandum est, *Christum* in Evangelio Deum solum adorandum, eum solum cui serviatur proponere, eum integro corde, totisque viribus amandum pronuntiare; quia Deus *Israelis est unicus; Apostolos*, creaturis, & *natura non Diis*, non solum cultum detrahere, Deumq; mundi Creatorem *falsorum deorum, Idolorum, Dæmoniorum* loco adorandum proponere, sed etiam *Idololatriam*, & cum *Idololatris* commercium sevissime prohibere, immo *Idololatras* quoscunque à *Regno cælorum excludere*, & partem iis in *stagno ardenti igne & sulphure* tribuere, nullo indicio dato notionis *Idololatriæ* vel minimum mutatæ; cum ergo in eodem *Evangelio*, inque iisdem *Epistolis Judæos* alloquantur de uno *Israelis* Deo colendo toties admonitos, immo plenissime instructos, eosque ab eadem *Idololatria* cavere jubeant, in quam sub Veteri Testamento lapsi essent, cum denique *Gentes* à cultu creaturarum ad cultum unius Dei Mundi Creatoris revocent, exploratum esse debet, idem *Idololatriæ* genus sub utroque fœdere prohibitum esse. Mat. 4. 10. Marc 12. 18. Rom. 1. 25. Gal. 4. 8. 1 Cor. 5. 9. 1 Cor. 6. 9, 10. Apoc. 21 8. 22, 15. 1 Cor. 10. 7. 7. 14. 1 Joh. 5. 21.

Sect. XII. Eandem *Idololatriæ* Rationem inter *primævos Patres* perpetuo obtinuisse constat,

Primo, Exea quam continue tradunt *Idololatriæ* definitione; est enim juxta eorum communem sententiam, *Idololatria ex uno in multos Dei distributio.* *Idololatria*, juxta *Tertullianum, Deo fraudes* εἰδωλολατρεία ἐν τῇ ἐνὸς εἰς τοὺς πολλοὺς θεοὺς διαιρέσει ἔστι Clem. Alex. Strom. 4. p. 464. *facit, honores illi suos denegans. Idolatria*, dicente *Cyriano, tunc committitur cum divinus honor alteri datur*, juxta *Pseudo-Clementem* est *honor Creatoris creaturæ delatus.* Lib. Idol. c. 2. Exhor. ad Mart. l. 5. 1. §. 6.

Sect. XIII. *Patres* cum *Arianis* confligentes disertim, & frequenter asse-

afferunt non posse Creaturæ cultum sine *Idololatriæ* vitio deferri, *Arianos*, *Nestorianos*, *Macedonianos* πνευμαλομάχους, qui *Christum*, & *Spiritum sanctum* creaturas esse arbitrabantur, & tamen eos colebant, invocabant, in iis spem & fiduciam collocabant, *Idololatriæ* reos pronuntiant, atque id creaturæ ab iis adscriptum esse aiunt, quod soli Deo debebatur, *Gentium* denique *Polytheismum* ab iis postliminio inductum esse, & Characterem cultus nostri & Religionis ejurari. *Non creaturam adoramus, absit, in Ethnicos, & Arianos istiusmodi delirium competit, sed Dominum rerum creatarum incarnatum Dei Verbum adoramus, Quapropter, si velint, ipsi sententiam mutent, neque rei creatæ, citra Deum, qui creavit omnia, cultu inservient, quoniam fides Catholicæ Ecclesiæ verbum Dei conditorem & opificem rerum omnium cognoscit.*

ὃ κλίσμα προσκυνῶμεν, μὴ γένοιτο, ἐθνικὸν γὰρ καὶ Ἀρειανῶν ἡ τοιαύτη πλάνη, &c. Athanas. Ep. ad Philadelp. p. 157.

ᾧ μηκέτι τῇ κλίσει λατρεύσωσιν παρὰ τὸν κλίσαντα τὰ πάντα θεὸν, ὅτι ἡ πίστις τῆς καθόλου ἐκκλησίας κτίσμα οἶδε τὸν τοῦ θεοῦ λόγον. ᾧ δημιουργὸν ἅμα ἁπάντων. Ibid. p. 161. vid. or. 1. p. 297. 3. p. 387. 394. 4. p. 468. 469.

Nihil eorum quæ per creationem facta sunt adorandum esse ab hominibus, Sermo Divinus, inquit *Nyssenus*, *Lege Sancta jussit, ut ex omnifere inspirata Scriptura tale licet perdiscere: Moses tabulæ Lex, deinceps Prophetæ, Evangelia, Apostolorum decreta omnium, ex æquo vetant ad creaturam intueri. Nam cum bifariam de his quæ sunt divisa sit opinio, in creaturam, & in naturam incréatam, si quod nunc ab Adversariis contenditur, prævaluerit, ita ut dicunt Dei Filium creatum esse, necesse est omnino (vel) Evangelicum præconium sperni, nec Deum verbum, quod in principio erat, adorare, quia sit nefas latriæ cultum creaturæ adhibere.* Et rursus, *Si quis filii nomen creaturæ apponit, fal-*

οὐκ ἔστι δι' κλίσεως γνωσθῆναι σιδάσμιον ἓν τοῖς ἀνθρώποις ὁ θεὸς ἐνομοθέτησε λόγῳ, ὡς ἐκ πάσης μικρᾶς λίθου τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὸ πιστὸν μαθεῖν: ὁ Μωϋσῆς, αἱ πλάκες ὁ νόμος οἱ καθιξῆς προφῆται τὰ εὐαγγέλια καὶ Ἀποστόλων τὰ δόγματα πάντων. Contr. Eunom. orat. 4. p. 572. vid. or. 2. p. 443.

ἐὰν ἐπικρατήσῃ τὸ παρὰ τῶν ἐναντίων νῦν σπουδαζόμενον ὥστε κλίσιν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἃ ἀνάγκη πᾶσα (ἦν) ἀθετεῖσθαι τὸ εὐαγγελικὸν μίσυσμα, ᾧ μὴ προσκυνεῖσθαι ἦν ἐν ἀρχῇ ὄντα θεὸν λόγον διὰ τὸ μὴ δεῖν προσπίπτειν πλὴ λατρεύειν τῇ κτίσει &c. Ibid. D. οἱ γάρ τις υἱῷ ὄνομα τῇ κτίσει πρόσηται ἐν τοῖς εἰδωλολάτραις τετάξεται. Or. 3. p. 563.

sa-

falsorum Deorum cultoribus adscribetur.

καὶ τὴν ἑλληνικὴν πολυθεΐαν, εἰ μὴ γὰρ ἕτερον θεὸν εἶναι λέγοντες τὸ μονογενὲς καὶ ποίημα, εἶτα προσκυνοῦντες καὶ θεολογοῦντες ἐν τῇ λατρείᾳ, τῇ κτίσει καὶ μὴ τῷ κτίσαντι τὸν τῶν Ἑλλήνων ἀπηρεμεῖ ἐπεισάγουσιν Hom 27. contr. Sabel. Ar. &c. To.1. p.519. vid. To.3. Ep. 141. p. 17. C.D.

Diabolus, juxta *Basilium,* per *Arianos Judaicam iterum, Negationem, ac Gentilem multorum Deorum cultum, introducere conatur, illi namque cum Unigenitum, opus ac facturam Dei esse dicunt, & illum nihilominus adorant, divinoque honore afficiunt, aperte Gentilissimum creaturæ servientes, & non Deo introducant.*

Prohibuit me Paulus, inquit *Ambrosius, creaturæ servire, sed Christo admonet serviendum, non ergo creatura Christus, Paulus servus Jesu Christi ipse creaturæ servire nos prohibet, quemadmodum ergo creaturæ ipse serviret, si creaturam Christum putaret; aut igitur desinant colere quem creaturam appellant, ut desinant quem colere se simulent, dicere creaturam, ne, sub appellatione cultorum sacrilegia graviora committant.* De fide ad Grat. c. 7.

Nazianzenum pæne omiseram, *Arianos,* sic alloquentem; *Nihil, O viri, in Trinitate servum est, nec creatum, nec adventitium, ut ex cujusdam docti viri sermone accepi, si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem, inquit Divinus Apostolus, si adhuc creatum aliquid adorarem, aut rei creatæ nomine baptizarer, divinitatem minimè consequerer, nec primam procreationem in melius immutarem; quid ad eos dicam qui Astarten adorant, aut Chamos Sidoniorum idolum, au sideris formam, paulo quidem majoris Dei apud Idolatras illos, sed tamen facti, atque creati, cum ipse aut hos duos in* Gal. 1. 10.

εἰ ἔτι κτίσμαν, προσκυνῶν, ἢ εἰς κτίσμα βαπτιζόμην οὐκ ἂν ἐθεόμην διὰ τοῦτο μεταποιούμην χρῆσιν τὴν φύσιν πρὸς τὸν τῶν Ἀσταρτῶν προσκυνοῦντας, ἢ τὸ χαμὼς Βδέλυγμα Σιδωνίων ἢ τὸ ἄστρον ἢ τύπον τὸ μικρὸν ὑστερον τούτων θεοῦ τοῖς εἰδωλολάτραις τῶν κτίσματος καὶ ποιήματος, αὐτὸς ἢ μὲν προσκυνῶν τὰ δύο εἰς ἃ συμβεβάπτισμαι ἢ προσκυνῶν τὰ ὁμόδουλα. Orat. 40. p.669.A. vid.orat. 31. ubi hoc Spiritualium adulterium esse probat, p. 507,508,509. εἰ κτίσμαν ἐλάβδιν οὐκ ἂν χειραγωγὸς νομαζόμην. p 506.

quorum nomine Baptizatus sum, non adorem, aut conservos adorem, servi enim utique erunt, utcunque nobis aliquantum honore præstent: Et rursus, *Si creaturam colerem, Christianus utique non appellarer, cui enim Christiani nomen venerabile est? annon quia Christus Deus?*

Denique per novam hanc *Theologiam* juxta eundem καὶ θεὸς καὶ κτίσις ὑβρίζεται *Deo, & creaturæ contumelia infertur.* p. 668. D.

Nihil ad Christi caulam, inquit *Epiphanius, qui servatorem vestrum, à quo empti*

 estis,

eſtis, abnegatis, etenim ſi verus Deus non ſit, neque adorandus eſt, ſi creatus eſt, non eſt Deus, quod ſi minime adorandus eſt, quomodo Deus eſſe prædicatur? Eodem in loco *Arianos* graviſſimorum ſcelerum reos peragit, eos enim *Novam Babylonem inſtaurare, Nebuchodonoſoris effigiem, atque imaginem erigere, Dei filium execrandorum ac deteſtandorum ſimulacrorum haud diſſimilem ſtatuere,* audacter aſſerit. Porro hanc eſſe ſanctorum *Patrum,* immo *Chriſtiani orbis* ſententiam, his verbis indicat; *Sancta Dei Eccleſia creaturam non adorat:* Et rurſus, *Piam, & Orthodoxam fidem eam eſſe dicet, quæ creatori, non creaturæ adorationem exhibet; Arianum* vero eam, *quæ aberrat ἀπὸ τῆς πρὸς πατέρων εὐσεβείας, à Patrum pietate, ſi maledictus eſt omnis homo qui confidit in homine; Paulus autem Samoſatenus, & Photinus, quamvis ſanctum & cunctis excelſum virtutibus prædicent ſalvatorem, tamen hominem confitentur, ergo maledicti erunt, ſpem habentes in homine;* Ita *Hieronymus.*

εἰ γὰρ ὢν ὄντων ἀλλότριος ὁ θεὸς ὅτε σεσκωπτός ἐστι, καὶ εἰ ὄντως ἀθεώτατος, ὁ θεὸς, καὶ εἰ μὴ ὄντι σεσκωπτὸς πῶς ἂρα θεολογεῖται. Hær. 69. §. 31. p. 755. & §. 36.

Hær. 64. §. 8. p. 532.

To. 5. in Hier. c. 14. F. 135. D. vide Reſp.

Auſi ſunt, inquit *Chryſoſtomus, Ariani, & Macedoniani Deum magnum & parvum inducere, immo Deum, creatum, Helleniſmum in Eccleſiam introducentes, eorum enim eſt, Deos majores & minores agnoſcere, unde Paulus eos carpens in Epiſtola ad Romanos dicit coluerunt & ſervierunt creaturæ, potius quam creatori: Si autem creaturam adorant Ariani dicentes Filium, & Spiritum ſanctum eſſe creaturam, maledicti ſunt juxta Moſem dicentem, Maledictus quiſquis creaturæ, & rei factæ adorat, nos autem creaturam non colimus, ſed S. Trinitatem increatam.*

ἑλληνισμὸν παρεισφέροντες ἡμῖν, ἐκείνου γάρ ἐστι κτίσματι σεσκωφέναι, καὶ τὸ μὲν θεῶν, αὐτὸ μεγαλύνειν, τὸ δὲ σμικρύνειν. De S. Trin. c. 6. Ed. Savil. p. 955.

εἰ δὲ κτίσματα σεσκωφοῦσι λέγοντες τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα κτίσμα ὀνομαζόμενοι εἶναι καὶ τὸ Μωϋσεῖ λέγοντα, ὀνομαζόμενος πᾶς ὁ σεσκωφῶν κτίσματι καὶ ποιήματι, ἡμεῖς δὲ οὐ κτίσματι σεσκωφοῦμεν, ἀλλὰ τεκόντα ἄκτιστον, &c. Ibid.

Arguunt Divina eloquia, juxta *Theodoretum, Eos qui præter Creatorem, creaturam adorant; propterea etiam Unigenitus homo factus eſt, ut ab hoc errore homines liberaret, Deique & creaturæ diſcrimen oſtenderet; qui autem creaturæ adorationem ſuſtulit, creatam naturam*

ram non iterum jussit adorare; absurdissima quippe res foret homines à diis, qui non sunt, abstrahere, & eosdem rursus ad serviendum creaturis adducere.

ἀνιλῶν ὃ τὸ κτίσαι τῷ προσκυνῆσαι ἐκ ἂν φύσει κτισὴ πάλιν ἐκέλευσε προσκυνεῖν, τὸν δὲ ἀποπεπτῶτα ἀφέλκειν μὴ τις ἀνθρώπος τὸν ἐκ ὄντων θεῶν, προστάττειν δ' αὖτὸς πάλιν τῇ τῶν ποιημάτων δουλείᾳ. Hæres. Fal. l. 5. cap. 3. p. 125. D.

Unde est, inquit *Isidorus Pelusiota, quod non erubescant, qui pugnantes cum suis ipsorum decretis, creaturam adorant, & creaturæ cultum rejicientes tanquam Ethnicis proprium, idipsum à seipsis fieri minime accipiunt.*

πῶς δ' ἐκ ἐρυθριῶσι κτίσμαι προσκυνοῦντες καὶ τὸν ἑαυτῶν μαχόμενοι ψήφοις ἀπαγορεύοντες καὶ τὸ τῇ κτίσει προσκυνεῖν ὡς ἑλληνικὸν αὐτοὶ τοῦτο δρῶντες ἑαυτοὺς λανθάνουσι. Iſid. Peluſ. l. 3. Ep. 31. p. 269.

Sect. XIV. Infinitum esset hujus generis cuncta proferre, compendio igitur rem agam, & Argumentorum capita tantum ordine libabo.

Primo, Igitur frequenter hæc probant, ut prius obſervavimus, ex verbis Moſis à *Chriſto* ad *Satanæ* impudentiam retundendam prolatis, *Dominum Deum tuum adorabis*, &c. *Si Spiritum ſanctum ut adoratum, & in nobis habitantem reſpiciunt*, inquit *Baſilius, eum confiteri debent Deum, Domino enim Deo tuo adorabis, & illi ſoli ſervies.* Docet etiam *Auguſtinus Unum eſſe Deum ſolum, cui ſervitus illa debetur, quæ latria Græco vocabulo nuncupatur; ipſum enim Verbum eſt in Lege, ubi ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis*, &c. Lib. 3. cp. 141. 172. Ep. 66. p. 383. 19.

Secundo, Argumentum ducunt ex *Petro Cornelio* dicente, *Surge, ego etiam homo ſum*; item ex *Angelo Johannis* προσκύνειν improbante, & ſemel iterumque monente, ὅρα μὴ, *Vide ne feceris, conſervus tuus ego ſum. Petrus Apoſtolus*, inquit *Athanaſius, Cornelium adorare volentem inhibuit, dicens, quoniam ego homo ſum; Angelus quoque Johannem adorare volentem non admiſit, dicens, Vide ne fecerit*, &c. ἐκεῖνα θεὸν μόνον δεῖ τὸ προσκυνεῖσθαι, *quocirca ſolius Dei eſt adorari, & hoc ſciunt ipſi Angeli, qui quanquam ſe invicem gloria tranſcendunt, creaturas tamen ſe eſſe, neque in claſſibus adorandorum, ſed adorantium Dominum agnoſcunt ſe computari debere.* Vide Cyril Alex. Theſ. p. 149. Or. t. 2. p. 394. B.

Tertio, Eo Argumento *Patres* planè luxuriant, quod *Chriſtum*, aut *Spiritum ſanctum* colendo, ſi eſſent creaturæ, *Seruiremus creaturæ, potius quam Creatori. Apoſtolus* increpat *Ethnicos, dicens, Servierrunt*

vierunt creaturæ potius quam creatori: Isti autem, cum Christum esse creaturam pronunciant, illi tanquam creaturæ servientes, quid quæso ab Ethnicis differunt? Qui fieri potest, si ita sentiunt; ut non verba jam à Paulo recitata, ejusque incusatio ad ipsos pertineat. Respice ad Apostolum Paulum, C. 2. p. 108 *inquit, Faustinus, considera quæ opprobria, quas obscœnitates de iis referat qui, ut ipse ait, Commutarunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & servierunt creaturæ potius quam Creatori: tu si sic credis, & sic colis, & sic servis unigenito Filio Dei, ut dicas illum esse creaturam, illa te mala, miser, expectant, quibus illi puniuntur, qui commutarunt veritatem Dei in mendacio.* Similia habent Athanas. Ep. ad Adelph. p. 161. Epiph. Hær. 64. § 8. p. 532. Hær. 69. §. 36. p. 759. Hær. 79. §. 5. p. 1062. Ambros. de fide ad Gratianum l. 1. c. 7. de fide contr. Arian. cap. 2. Concil. Ephes. Cyril. Alexand. λόγ. πρὸς §. 31.

Gal 4.8. Quartum iis Argumentum exhibuerunt hæc *D. Pauli* verba, *Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt Dii, serviebatis. Impiorum est,* iquit *Basilius, recentes & falsos, & non natura Deos colere; non enim erit tibi, inquit, Deus recens: Et Paulus, Sed tunc quidem ignorantes Deum, servistis iis, qui Dei natura non sunt; vel igitur impii, qui Christum sic colunt, vel natura, & verus Deus est Filius.* Claudam hæc omnia celebri ista ejusdem *Authoris* dictione: *Qui Patrem falso appellatum, & Filium voce tenus prædicat, nec interesse putat Patrem, an Creatorem, & Filium, an facturam dixerit; ubi illum reponemus, ut cui parti annumerabimus, Judæorum, an Gentilium; non enim Christianis seipsum adscribet, qui vim pietatis, & quasi fidei nostræ characterem ejuravit.*

ἀσεβῶν δὲ προσφάτως καὶ ψευδέσι καὶ μὴ φύσει λατρεύειν, ἐκ ἴσως γάρ σοι, φησὶν, θεὸς προσφατος, καὶ ὁ Παῦλος, ἀλλὰ τότε μὲν ἐκ εἰδότες θεὸν, &c. ἢ ἀσεβεῖς ἦν οἱ ὕστερον χρισῶ λατρεύοντες, ἢ φύσει καὶ ἀληθινὸς. Contr. Eunom. l. 4. p. 767.

καὶ ἐφεξῆς ἡγέμων διαφέρειν ἢ πατέρα ὁμολογεῖν ἢ κτίσταν, καὶ ὅτου μὲν λέξειν ἢ ποίημα, πῶς τελάξει παρ' ἡμῶν, ἢ τῆς ποίας εἰδῶς συναριθμήσεται τ Ιουδαίων ἢ τ Ελλήνων, ὃς δὲ χειρίστοις ἑαυτὸν ἀποτάξας ὁ τῶν ὅλων τῆς εὐσεβείας καὶ τ οἴσεσι χαράκτηρα τ λατρείας ἡμῶν ἀρνεῖται.

§. 15. 3. Quod tertio probandum suscepimus, nempe mandatum primum de uno Deo adorando, nec alium in cultus ejusdem consortium admittendo,

mittendo, morale juxta judicium *Patrum*, & perpetuum fuiſſe, paucis abſolvemus, utpote qui novimus multa in anteceſſum dicta eſſe quæ rem hanc certam & dubio procul remotam reddunt. *Decalogi quidem verba*, inquit *Irenæus*, *ipſe per ſemetipſum omnibus ſimiliter Dominus locutus eſt, & ideo ſimiliter permanent apud nos, extenſionem, & augmentum, ſed non diſſolutionem accipientia per carnalem ejus adventum*; quod ſatis oſtendunt *Patres Chriſtiani* Argumenta contra *Idololatriam*, ſeu creaturæ ullius cultum ducendo, ex primi præcepti genio, & inſtituto: adeo ut queſtione *Auguſtini*, Sectioni huic finem imponam; *Quis enim dicat non debere obſervare Chriſtianos, ut uni Deo Religionis obſequio ſerviatur, ut Idolum non colatur*, &c. *Quis eſt tam impius, qui dicat ideo ſe iſta legis non cuſtodire præcepta, quia eſt ipſe Chriſtianus, nec ſub lege, ſed ſub gratia conſtitutus?*

L. 4. c. 31. vid. c. 28.

Contra duas Ep. Pelag. l. 3. c. 4. To. 7. p. 889.

SECT.

SECT. Ult.

DEnique ad tertium, quod ſuis libellis accuſatoriis *Sociniani* queruntur, nempe *Scripturis S.* vim à nobis fieri, eas coacta interpretatione depravari, atque obtorto collo ad ſenſum noſtrum detorqueri, Reſpondemus, eorum ſcripta, eo potiſſimum vitio laborare, eorumque doctrinam nobis eo præcipue nomine infenſam reddi.

Et quidem *Scripturam S.* à *Socino*, ejuſque *Antiſtitibus* miſere dilacerari, verborum Gloſſematis plane novis, commentiſque antea inauditis eludi, atque ad ſenſum à mente *Spiritus S.* & Sacrorum *Amanuenſium* plane alienum, violenter pertrahi, paucis id circo demonſtrabimus, quod hujus rei exempla copioſa, Argumenta pro Chriſti Deitate adducta, in Anteceſſum exhibere mihi viſa ſunt.

Inſtantias autem ex numeroſis paucas delibabo, non ex eorum de Chriſti ſatisfactione diſputationibus, ubi perpetuam Scripturis vim faciunt, ſed ex controverſia, quam cum illis habemus de duabus Chriſti naturis, & de ejuſdem, antequam ex virgine naſceretur, exiſtentia. Et

Sect. I. Primo, Nihil ineptius dici potuit, quam ea quæ in hæc *Divi Pauli* verba proferunt [*Ideo ingrediens mundum, dicit hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi*] hic enim per Chriſti *ingreſſum in mundum*, ejus ingreſſum in mundum futurum, ſive *cæleſte* ejus *habitaculum*, per corpus eidem aptatum, *corpus immortale factum*, intelligunt. *Verba hæc*, inquiunt, *ad Chriſtum accommodata accipi poſſunt de corpore ipſius immortali, quod ei Deus aptavit, præſertim ſi per ingreſſum ipſius in mundum, cujus hic fit mentio, ingreſſus ejus in mundum futurum, in quo Chriſti regnantis & Sacerdotis noſtri Regia, ac Sacrarium eſt, intelligatur. Apparet autem*, inquiunt *de futuro hic mundo agi. Mundus hic intelligi queat futurus*, inquit *Volkelius, quem Chriſtus, ut cæleſte tabernaculum, ingreſſus, ſacrificium ſuum peregit, cum igitur Chriſto, ad ſui ipſius oblationem, immortali corpore opus eſſet, ideo ejuſdem corpus, quod antea mortale erat, tunc Deum immortalem, & ſic ad oblationem iſtam aptum, atque accomodatum effeciſſe D. Auctor innuit*; Hæc autem febricitantium potius

Heb. 10. 5.

Cztech. Racov. Sect. 4. p. 103, 104.

P. 76. De vera Relig. l. 5. c. 11.

potius diliria, quam ſanorum Interpretum Gloſſemata dici merentur: Edant enim, ſi poſſint, vel unam Scripturæ θεοπνευστω, ubi mundus abſolute poſitus, *mundum futurum*, ſignificet; vel ubi *cæleſte tabernaculum*, aut mundi abſolute ſic dicti, aut *mundi futuri* nomine exprimatur. De ingreſſu, adventu, introductione Chriſti in mundum, centies *Scriptura* loquitur, unicum proferant locum, ubi hac phraſi ingreſſus ejus in *cælum* denotatur; Immo hæc tam à vero abeſſe conſtat, ut nihil certius fuerit, quam Chriſtum è *cælis deſcendiſſe*, ut *in mundum* veniret; *mundumque* iterum *reliquiſſe*, ut hoc *cæleſte tabernaculum* ingrederetur; porro *Chriſto aptatum eſſe corpus, eo quod immortale redditum eſt*, res eſt riſu potius, quam refutatione digna: Immo hoc integrum commentum ipſi *Schlichtingio* adeo ridiculum viſum eſt, ut ſibi temperare non potuerit, quin illud duabus hiſce rationibus everteret. Primo quod *hic de tali re agi videatur, in qua Chriſtus ſingulari quadam, & eximia ratione Deo ſeſe obedientem præbuerit, ejuſque voluntatem executus fuerit; quod non ingreſſu ejus in cœlum, ſed ejus obedientia, & morte cruenta factum eſt.* Secundo quod *ſignificatio illa mundi, cum pro futuro mundo accipitur, rara ſit, & minus uſitata, non eſt autem ab uſitatis vocum ſignificationibus facile diſcedendum.* Joh. 6. 38. Joh. 16. 28.

Sed nec minus abſurda ſunt, quæ hujus interpretationis loco ſubſtituit *Schlichtingius*, nempe *Apoſtolum* hic verba ad ſcopum ipſius minime pertinentia, citaſſe, & quorum ſenſum neutiquam reſpexit; dicit enim *non eſſe neceſſe, ut credamus Autorem ad hæc verba, corpus autem aptaſti mihi, præſertim quod ad proprium eorum ſenſum attinet, reſpexiſſe, ſed illa ideo citaſſe, quod, cum aliis ad ipſius inſtitutum pertinentibus, connexa eſſent*, quo nihil abſurdius, aut ab *Apoſtoli* prudentia, & ſcopo alienum magis excogitari potuit, cum enim, inquit, *Apoſtolus*, Chriſtus Patri dixiſſet *hoſtias & oblationes noluiſti, tunc dixit, ecce venio, ut faciam, Deus voluntatem tuam, in qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Chriſti ſemel;* ubi oblationibus legalibus oblatio corporis Chriſti manifeſto opponitur; eaque oblatione, quæ ſine corpore Chriſto aptato fieri non potuit, voluntas Dei, ad quam peragendam Chriſtus in mundum venit, compleri dicitur; Eſt adhuc magis lepidum, quod dicit *non eſſe omnino neceſſe, ut eum ad hæc verba reſpexiſſe dicamus, cum corpus Jeſu Chriſti Hebraica phraſi, pro ipſo Jeſu Chriſto, qui ſeipſum obtulit, poni potuerit;* quomodo enim *obtulit ſeipſum* Chriſtus, niſi ſeipſum morti pro nobis tradendo. Quid autem morti tradidit, niſi corpus ſuum? Quid aliud ſaltem ſecundum eorum ſententiam, qui anima nihil Chriſtum Hebr. 10. 6, 10.

paſſum eſſe contendunt: vide Lector ad quot *Anguſtias*, ad quales nænias deſcendunt viri in aliis ſatis ſagaces, cum à recepta ſemel ſententia dimoveri ſe minime patiuntur.

Secundo in iis, quæ in *Johannis* caput primum excogitarunt Interpretes *Sociniani*, tot fere Scripturæ in ſenſum perverſum violenter contortæ ſunt indicia, quot verba; quod enim

Inſt. 2. 1mo ἐν ἀρχῇ *Evangelii initium* ſignificare contendunt omnes Interpretes *Sociniani*, conſiſtere non poteſt, nam τὸ ἐν ἀρχῇ poſitum abſolute, & ſine limitatione, ut hic fit, quoties de tempore agitur initium temporis ſeu mundi ſignificat, præſertim cum de mundo condito, & omnibus in eo factis, agit Scriptura. *Gen.* 1. 1. *Pro.* 8. 22, 23. porro nova hæc *Socinianorum Paraphraſis* ſententiam *D. Johannis* ridiculam & inſulſam reddit, utpote quæ hoc tantum nobis exhibet, nempe in principio Evangelii per Chriſtum enuntiati Chriſtum extitiſſe, ô rem digniſſimam, quæ omnium prima per tantum Apoſtolum mundo innoteſceret, quæque docenda, adſtruenda, ſubindeque à Diviniſſimo Theologo repetenda, in fronte Evangelii ſui in perpetuam rei memoriam conſcriberetur, & æternitati veluti conſignaretur. Liceat tamen, pace virorum ingenio tam acuto & vivido pollentium interrogare, ſi nihil aliud dicere voluit Evangeliſta, cur id non clarius, & apertius locutus eſſet? 'Cur rem facilem, & obviam & pœne nullius momenti ita
Plac. part 1. Diſp. 19. Sect. 19. 'primis Hiſtoriæ ſuæ verbis includere voluit, ut ejus mentem nemo 'fere caperet, plerique omnes procul ab ea in errores adducerentur ac genuino ſcilicet ſenſu, tandem poſt multam diſquiſitionem invento, nihil haberetur myſterii aut quod deprehendiſſe 'pretium eſſet operæ, ni forte hoc tanquam grande myſterium nobis promulgatum velint, Chriſtum tunc extitiſſe, quando *Evangelium nobis* enuntiavit.

Sect. XX. 'Poſtremo ſuadent omnia, ut principium intelliga-'mus creationis mundi, ait enim Divinus Scriptor in principio 'fermonem fuiſſe; atqui conſtat ex utriuſque *Teſtamenti* Scriptura 'Sermonem in principio, cum mundus fieret, jam fuiſſe; ait Ser-'monem in principio apud Deum fuiſſe, alibi enim mundo non 'condito eſſe haud potuit; ait per eum omnia facta fuiſſe, *i. e.* ex-
Col. 15. 16. Pro. 8. 'ponente *D. Paulo, omnia quæ ſunt in cœlis, & in terra, viſibilia, & 'inviſibilia;* erat igitur, antequam quicquam fieret, *ante opera 'Dei*, juxta ſapientem, πρὸ πάντων *ante omnia;* juxta *D. Paulum*; 'ait in eo fuiſſe lucem, & vitam hominum: erat igitur cum primum homines frui luce & vita cæperint; Quid proclivius quam 'ita colligere? Quid aliud colligendum voluit D. Apoſtolus niſi

'lectorem

'lectorem ſimplicem Chriſti amantem ludere voluit potius, quam 'doceret, eique offenſionis lapidem ſponte objicere? Denique ver borum, hoc ſenſu poſito, cur non, cum *Marco* potius ἡ ἀρχὴ τῦ εὐαγγελίυ *principii Evangelii* mentionem feciſſet? Cur oculatos teſtes, qui ab initio quæ ipſi viderant, tradiderunt, cum *Luca* in medium non adduxiſſet? Marc. 1. 1. Luc. 1. 2.

Pergunt *Sociniani* ad hunc modum, *in principio erat verbum*, i. e. *homo Chriſtus*, quem ſenſum ſi verba *D. Johannis* paterentur, quæ ratio aſſignari poteſt, cur non uſus fuerit *Evangeliſta* nomine *Jeſu* aut *Chriſti*? aut cur à λόγος vocabulo poſt verſum 14.tum continuo temperarit? Flagitabat enim ab *Hiſtorico* ratio, ut perſonæ quæ deſcribebatur proprium nomen anteponeretur figurato, uſitatum 'inuſitato, notum ignoto, certum ambiguo, innocuum ei, quod 'Lectores fere omnes in errorem eſſet conjecturum, adeo ut hoc 'non ſine ratione tantum, ſed contra rationem factum videatur. Legat hæc aliquis novus *Amelius*, nonne concipiet *Barbarum* hunc noſtrum, *loquutum eſſe de verbo ſemper exiſtente, apud Deum in principii, Gradu, & dignitate conſtituto? De verbo, quod Deum ſimul eſſe prountiat, & per quod facta ſimpliciter ſunt omnia? De verbo* denique *in corpus delabente, carne induto, & humanam ſpeciem præ ſe ferente?* Si à *Socino* audierit nomen hoc eſſe figuratum hoc in loco, an- Plac. T. 1. diſp. 20. p. 222. §. 3.

ἦν ἔτος ἀεὶ ἦν ὁ λόγος, καθ' ὃν ἀεὶ ὄντα τὰ γινόμενα ἐγίνετο καὶ ὃν ὁ βάρβαρος ἀξιοῖ εἶ τῇ τ ἀρχῇ τάξει τε, καὶ ἀξίᾳ καθεσηκότα, πρὸς θεὸν εἶναι, καὶ θεὸν ἦν δ' ἓ παντ' ἁπλῶς γεγονῆδς καὶ εἰς τὰ σώματα πίπτειν, καὶ σάρκα ἐνδυσάμενον, φαντάζειν ἄνθρωπον μὴ καὶ τῶ πνεύματι δείκνυσιν τ φύσεως τὸ μεγαλεῖον. Apud Euſeb. prepar. Evang. l. 11. c. 19.

'non admiratione teneretur, quod nomen figuratum ibi inveniat 'ubi vix locum obtinere potuit, niſi *Evangeliſtæ* conſilium fuerit 'in ipſo Hiſtoriæ ſuæ exordio lectorem ſuum ludere, & fallere in- 'cautum? Annon indigne ferret figuræ inſolentiam, & quæreret 'quo conſilio ſapientiſſimus Apoſtolus præter omnium aliorum 'ſacrorum Authorum immo Hiſtoricorum conſuetudinem, volue- 'rit in ipſo exordio Lectoris animum confundere & fatigare ſine 'ulla ratione & neceſſitate, adhibita, ſub ſpecie nominis proprii 'latente, figura inuſitata, in primo & inſigniori totius Hiſtoriæ 'ſuæ loco, veluti lapide offendiculi, quem impingerent omnes *Judæi*, quibus *verbum Dei* erat *phraſis* notiſſima, omneſque *Philoſophi* quibus ὁ λόγος, dicente *Tertulliano* pro mundi Artifice habebatur? 'Augebit admirationem ipſa res, quam figuræ illi incluſit, quæ 'cum per ſe ipſa obvia eſſet, & omni Chriſtiano nota, juſta erit Apolog. adv. Gent. nup. 21.

'mirandi causa, cur sit ab *Evangelista* tam obscure significata, ut 'postquam se defatigaverit Lector in nomine illo enucleando, ni-'hil reperiat nisi obvium, & notum, & ubique in toto *Evangelio*, 'patens & manifestum.

'Adhæc accedit alter ille locus in quo Christus appellatur ὁ λόγος 'τοῦ θεοῦ, eo enim in loco inducitur *Dominus* noster, ut *Rex* po-'tentissimus, è cœlo prodiens, sequenti exercitu cœlesti, pugna-
Apoc. 16. 11. 'turus cum Bestia describiturque ejus *Regia Majestas* usque adeo, 'ut in *ejus capite dicantur fuisse Diademata multa, in vestimento au-'tem, & femore scriptum hoc nomen, Rex Regum, & Dominus 'Dominantium*, & tandem, ut nomen omnium Dignissimum, *Ser-'mo Dei*. Estne igitur probabile *Apostolum* hoc nomen si illud à 'Prophetico munere, quo hic in terris Christus functus est, sump-'sisset, aptaturum Christo *Regi* fuisse, dum ejus Majestatem Regi-'am describit, tanquam omnium convenientissimum, magnifi-'centissimumque.

Porro notum est *Apostolos* scripsisse, immo annuntiasse *Evange-lium*, loquutos esse de ipsorum *Evangelio*, indicasse quædam ab ijs fa-cta esse ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου; quæ ergo assignari potest Ratio juxta Hypothesin *Socinianorum*, cur hos ejusdem Evangelii *præcones* S. *Scriptura* nunquam sermonis Elogio dignata sit?

'Denique incepit *Christus* Evangelium revelare, postquam *Johan-'nes* prædicationibus aliquandiu habitis inclaruisset, postquam ipse 'à *Johanne* Baptizatus esset quadraginta Dies jejunasset in deserto, '*i. e.* tempore Diuturno post inchoatam à *Johanne* prædicationem, 'in illo igitur principio nondum actu erat *Sermo* eo sensu, si non-'dum erat Sermo, mirum videtur *Apostolum*, sapientissimum Hi-'storicum, cum *Jesum* describeret, habita ratione illius temporis, 'quo nondum erat Sermo, unum *Sermonis* nomen, & solum, & tam 'crebro usurpasse; postquam autem ad id tempus pervenit, quo re-'vera Sermo erat, ab ejus descriptione, & *historia* nomen illud 'abesse voluisse, ac proinde huic nomini eam descriptionem ap-'tasse, quæ ad illud non erat accommodata, & vice versa descri-'ptioni illi accomodatæ, nomen istud substraxisse.

Tertio, Verbum erat apud Deum hoc est, juxta *Socinianorum* quorundam *Paraphrasin*, *ascendebat homo Christus in cœlum, fuitque apud Deum.* Hos autem supra abunde refutavimus. Juxta alio-rum exegesin, *soli Deo notus erat*, quo quidem commento iterum, pro more *Scripturam* S. à propria verborum significatione ad im-propriam & figuratam, absque ulla necessitate aut ratione conver-tunt; immo sensum inducunt novum, inusitatum, & obscurum,

quod

quod in *Hiſtorico*, quam ſit vitioſum, neminem fugit. Quis enim 'unquam vel ante, vel poſt *Apoſtolum*, phraſi *eſſe apud aliquem* uſus P. ibid. 'eſt eo ſenſu improprio? Quis exempli cauſa, *Titium* dixit apud P. 265. '*Sempronium eſſe*, ut ſoli *Sempronio* notum eſſe ſignificaret *Titium*? 'Quis non videt hoc æquè dici de *Antichriſto* potuiſſe, qui ſoli Deo 'notus erat, antequam revelaretur? Porro Deo notus eſt *Diabo-* 'lus, noti *Hypocritæ*, notum infernum, nota ſecreta omnium ho- 'minum peccata, num igitur commodè dicentur iſta *apud Deum* 'eſſe? Si hoc revera intellexiſſet *Apoſtolus*, cur non dixiſſet aperte 'ſoli Deo notus erat? Cur prætuliſſet obſcuram hanc loquendi for- 'mulam *Erat apud Deum*? Cur non dixiſſet potius, Erat in cœlo, 'vel erat apud Deum in cœlo, ſic enim mentem ſuam clarius ex- 'preſſiſſet, & nobis errandi anſam minimè præbuiſſet? Denique fal- 'ſum eſt inſuper, quod dicentem introducunt *Apoſtolum*, *Jeſum* tunc 'fuiſſe ſoli Deo cognitum, cum antea *Johannes Baptiſta* muneris ſui 'functiones inchoaverat: Fuit enim cognitus *Angelis*, qui ejus & 'conceptionem prædixerant Virgini, & Nativitatem nuntiarunt 'paſtoribus, & munus expoſuerunt *Joſepho*, nec non quibuſdam ho- 'minibus *Mariæ*, *Joſepho*, *Zachariæ*, *Elizabethæ*, *Simeoni*, *Annæ*, *Pa-* 'ſtoribus, *Magis*.

Quarto, *Et Deus erat ſermo, muneris*, inquiunt, *ratione, non perſonæ*. Oſtendant autem uno exemplo, ſi poſſint, unam perſonam, nominatim, & ſine additione, ut fit in hoc loco, Deum ob aliud vocatum, quam ob naturam, aut eſſentiam Divinam.

His quæ ex doctiſſimo *Placæo* collegimus, hæc pauca liceat adjicere.

Primo, Nihil fere manifeſtius eſſe, quam ab *Apoſtolo* hic enarrari quid, & ubi erat λόγος Verbum, antequam in mundum veniret, quid, & ubi poſtea, uti ex hac ſententiarum collatione patebit.

Verſ. 1. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος.	Verſ. 10. ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.
ἦν πρὸς τὸν θεόν.	εἰς τὰ ἴδια ἦλθε.
καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος.	οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.
	ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο.

Secundo, *Johannis* hæc verba ſenſu familiari & proprio accepta, ad amuſſim convenire cum *Platonicorum*, & *Pythagoræorum*, aliorumque *Philoſophorum* περὶ τοῦ λόγου, de Verbo placitis, libro eruditione eximia referto, manifeſtum fecit ὁ Πάνυ *Cudworthius*. Eo enim docente

Primo, Agnoſcebant *Philoſophi* ſecundam *hypoſtaſin*, quam νοῦν λόγον, *mentem*, *ſermonem*, & *filium Primæ* appellabant. *Multi Philoſopho-* P. 557. 583.

Hom. 14. in Gen. F. 23. *loſophorum*, inquit *Origenes*, *unum eſſe Deum, qui cuncta creaverit, ſcribunt, in hoc conſentiunt legi Dei: Aliquanti etiam hoc addiderunt, quod Deus cuncta per Verbum ſuum & fecerit, & regat, & Verbum Dei ſit, quo cuncta moderentur, in hoc non ſolum Legi, ſed & Evangeliis conſona ſcribunt.* Jam ediximus, inquit *Tertullianus*, *Deum* Apol. adv. Gent. c. 21. *univerſitatem hanc mundi, verbo, & ratione, & virtute molitum; apud veſtros quoque ſapientes* λόγον, *id eſt ſermonem, atque rationem conſtat Artificem videri univerſitatis, hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta in diſpoſitione formaverit:* In quibus reſpicere videtur hæc apud *Laertium* conſervata, *Duo nempe eſſe omnium principia, creatorem, & materiam, & materiam quidem eſſe qualitatis*

τὸ δ' ποιοῦν τὸν ἐν αὐτῇ λόγον τὸν θεὸν, τοῦτον δὲ ὄντα ἀΐδιον διὰ παντὸς αὐτῆς δημιουργεῖν ἅπαντα. Laert. l. 7. p. 519.

expertem ſubſtantiam, Creatorem vero verbum Deum eſſe, quod in ipſa ſit, hoc enim ſempiternum exiſtens, per univerſam materiam ſingula fabricavit. Melius L. 4. c. 9. p. 372. *Græci* λόγον *dicunt, quam nos verbum ſive Sermonem*, inquit *Lactantius*, λόγος *enim, & ſermonem ſignificat, & rationem, quia ille eſt & vox & ſapientia Dei, hunc ſermonem Divinum ne Philoſophi quidem ignoraverunt, ſiquidem Zenon rerum naturæ Diſpoſitorem atque Opificem univerſitatis* λόγον *appellat. Habet Deus*, inquit *Hermes*,

ἔχει δὲ ἄρχοντα ὁπλισμὸν δημιουργὸν λόγον τῶν πάντων δεσπότην, οὗ μία ἐκείνου τροπὴ δύναμις ἀγλώσσῳ, ἀπείρῳ, ἐξ ἐκείνου προκύψασα καὶ ὁπλισθῆναι, καὶ ἄρχειν ἧς δὴ αὐτῶν δημιουργηθέντων. Apud Cyril. contr. Jul. l. 1. p. 33. C.

Triſmegiſtus Rectorem impoſitum ſermonem opificem Dei omnium qui poſt illum eſt prima potentia, ingenita, infinita, ex illo proſpectans, quæ & incumbit, & imperat omnibus ab eo formatis; hæc, & his ſimilia multa congeſſit *Cyrillus*, ut manifeſtum faceret *etiam Gentium Philoſophos genitum ex ipſo ſecundum naturam filium ipſius opificem, Verbum agnoviſſe.*

ὅτι τὸν ἐξ αὐτοῦ καὶ φύντα, γνησίως υἱὸν τὸν δημιουργὸν αὐτοῦ λόγον ἐγνώκασι, καὶ αὐτοί. P. 32. D.

Cudw. p. 289, 330. Secundo, Eum *ab æterno* extitiſſe ſtatuebant, & λόγον ἀΐδιον, ſeu *Verbum ſempiternum* fuiſſe declarabant; ſecundum enim *Platonis*, & aliorum *Theologiam*, erat is ἀχρόνως, ἀεὶ καὶ μόνως αἰώνιος, *Mens temporis expers, & ſempiterna.*

Ap. 573. ad p. 578. Tertio, Hunc λόγον ſive ſermonem λίτερον θεὸν, i. e. ſecundum eſſe Deum pronuntiant, quem quidem Deum ſecundum appellant ad enotandam ejus à primo dependentiam, utpote qui ab eo genitus fuerit, & eſſentiam ſuam acceperit, eundem tamen æternum eſſe, neceſ-

neceſſario exiſtere, & περιέχειν τὸ ὅλον, *mundum univerſum ſub ſe* continere aſſerebant.

Quarto, Eundem omnium *Opificem* δημιουργὸν, ποιητὴν, ἀρχὴν, ἄπαν, *principium*, & *cauſam* eſſe ſtatuunt, *Porphyrius opinionem Platonis* exponens, ait, *Dei ſubſtantiam* (οὐσίαν Gr) *uſque ad tres hypoſtaſes procedere, eſſe vere ſupremum Deum optimum,* μετ' αὐτὸν δὲ τὸν δεύτερον τὸν δημιουργὸν, *poſt ipſum vero, & alterum creatorem ſive opificem,* juxta quæ omnia facile iis erat intelligere, quæ hic *Apoſtolus* de Deo verbo enarravit, *Socinianorum* vero de hoc verbo commenta, eorum in animos, ne per ſomnium quidem irrepere potuerunt. Cudw. p. 552. 578, 578. Apud Cyr. contr. Jul. l. 1. p. 34. vid. Clem. Al. ſtrom. 5. p. 598. Orig. cont. Celſ. l. 6. p. 308.

Ex his enim verbis *D. Johannis*, Ante mundum genitum fuiſſe Verbum, cum Deo tunc fuiſſe, & Deum eſſe probant Juſt. M. Dial. cum Tryph. p. 285. D. Iren. l. 1. p. 36, 38. & c. 19. l. 2. c. 2. l. 3. c. 8. & c. 11. p. 257, 256. & c. 31. l. 4. c. 52. l. 5. c. 18. Theophilus p. 100. C. Clem. Alex. Adm. ad Gentes p. 5. B. Tertull. adv. Hermog. c. 18. adv. Praxeam, c. 8. 21. Syn. Antioch Concil. To. 1. p. 845. D. Cypr. teſt. adv. Jud. c. 3. & c. 6. Origen. infinitis in locis Lact. l. 4. c. 8. Euſ. Eccl. Hiſt. l. 1. c. 2. p. 5.

Notandum tertio *Apoſtoli* hæc verba, ſenſu Catholico per univerſa Æræ Chriſtianæ ſæcula obtinente accepta, cum *Judæorum Antiquorum* ſententiis amice conſpirare, ii qui in eorum ſcriptis ſumma diligentia verſati ſunt, multis edocuerunt. *Paulus Fagius* in hæc verba *Chaldaicæ Paraphraſis* [*Ego ſtabam inter verbum Domini*] ſic loquitur, *habet hoc peculiare Chaldaiſmus, ut plurimam mentionem faciat verbi Domini, maxime in iis locis, ubi Deus inducitur loqui cum homine, quæ res pulchrè facit ad myſterium Chriſti, qui eſt Verbum Patris, & confirmat fidem noſtram qua tenemus illum præſentem fuiſſe Patribus, ſub variis figuris, & imaginibus nunc Angeli, nunc nubis, nunc flammæ,* &c. *locutum fuiſſe Patribus. Quod autem & veteres Hebræi per verbum Dei in Scripturis, Meſſiam intelligunt, liquide videre eſt ex verbis R. Iſaac Aramæi. Probatur præterea & hoc ex Paraphraſi Chaldaica R. Jonathæ in Pſal.* 110. *ubi enim veritas Hebraica habet, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam. Ibi Jon. habet,* אמר יי לימרי id eſt, *Dixit Dominus Verbo ſuo.* Speciatim *Raymundus Martinus* tria hæc ex eorum ſcriptis probat, *viz.* Deut. 5. 5

Primo, *Chriſtum extitiſſe ante* Matrem *ſuam, ante Solem, immo egreſſus ejus fuiſſe ab Antiquo ante Dies ſæculi.* Pug. fid. part. 3. diſt. 2. c. 8. §. 11, 12. Secundo, Verbum hoe *principium creationis fuiſſe,* diſt. 3. c. 1. §. 2. Tertio, *Deum eſſe,* Ibid. §. 5. Sed miſſis *Rabbinorum*

norum Sententiis *Philo* his plane gemina habet innumeris in locis. Nam

Primo, Sermonem hunc λόγον αἴδιον, αἰδίου εἰκόνα i. e. *Sermonem æternum, æternamque imaginem pronuntiat.*

De Plant. Noæ p. 217. A. de mundo p. 1154. D. de confus. ling. p. 341. C.

Eundem ἀΐδιον, ἀϊδίου νοητὴν ἀπαράπαν πρεσβύτατον *rerum omnium, intelligibilium omnium Antiquissimum* esse indigitat immo.

Quod deterius de p. 176. E. de confus. ling. p. 329. B C. de profugis p. 465. B.

de Migr. Abr. p. 389 πρεσβύτερον ἁπάντων γένεσιν ἐπιφόρων *creaturis omnibus Antiquiorem.*

Secundo, per hunc Sermonem omnia facta esse docet, *est enim* inquit, *Sermo hic Imago Dei* δι' οὗ συμπας ὁ κόσμος ἐδημιουργεῖτο, δύναμις καθ' ἣν ὁ ποιῶν λόγῳ τὸν κόσμον ἐδημιούργησε. *per quam mundus totus fabricatus est, potentia per quam opifex verbo suo mundum condidit, verbum per quod cœlum & terram fecit.*

L. 2. de Monarc. p. 823. B. de profugis p. 464. B. τῷ δὲ ἀφανεστάτῳ καὶ πλανητοτάτῳ ἑαυτοῦ λόγῳ ῥήματι ὁ θεὸς ἀμφότερα ποιεῖ Alleg. l. 1. p. 44. B. de Plant. Noæ p. 221. D. de confus. ling. p. 329. C.

de Opif. mund. p. 6. C. Tertio, Per hunc Sermonem *illuminari omnem hominem venientem in mundum* ab eodem discimus, unde eum vocat πανσωφίαν sive *lucem universalem*, πάγλωσ σοφίας θεῖον καὶ ὑπέρτιμον σοφίας *Sapientiæ fontem divinam & cœlestem sapientiam à quo omnes disciplinæ & sapientiæ, flumnt,* τῆς ἀοράτου καὶ μυστικωτάτου θεοῦ ἀφηγητὴν καὶ ἀπαυγέστατον, φῶς *Invisibilis maximi Dei lucidissimum & splendidissimum lumen,* hæc & ejusmodi multa apud *Philonem* illum inveniuntur, quem *Josephus virum in dicendo copiosum, in sententiis locupletem, in divinæ Scripturæ intelligentia sublimem atque excelsum* pronuntiat, hæ ergo de verbo notiones non tantum Scholæ *Platonis*, sed *Judæorum Synagogis* familiares erant, & plane ad mentem eorum à *Johanne* prolatæ.

Alleg. l. 1. p. 48. A. de profug. p. 464. D. & p. 470. A. de Somniis p. 575. p. 576. C.

Antig. Jud l. 18. c. 10.

Porro verbum, dicente *Johanne caro factum est*, *i. e.* juxta *Socinianorum Paraphrasin, Christus* fuit *mortalis, infirmitatibus, perpessionibus, & morti denique obnoxius,* seu fuit *fragilis, & infirmus ut caro,* hanc autem interpretationem *Ecclesiæ Christianæ* prorsus ignotam ante *Socini* tempora fuisse pronuntio, eam insuper coactam, & violentam esse, ex multis rationibus constabit. Nam

Primo

Primo, juxta ſententiam hanc, Hæc omnia debent eſſe verbi, de quo hîc mentio facta eſt, prædicata, *Verbum enim caro factum eſt;* adeo ut ſenſus ſit, *Verbum quod in principio apud Deum erat, immo Deus erat, per quod omnia ſunt facta, in quo erat vita, quod erat lumen illuminans omnem hominem venientem in mundum, quod ad ſua venit, quod mundum condidit;* quod denique *in nobis habitavit,* res fuit *fragilis, infirma, mortalis, perpeſſionibus ac morti obnoxia* juxta ipſiſſimam illam naturam de qua priora omnia prædicantur. Quis autem ſanus huic interpretationi acquieſcere, eamque genuinam exiſtimare poſſit? quis audiens hæc omnia non cogitet aliquid divinum, & carne longe prius & potentius, cum ea conjunctum potius, & unitum fuiſſe?

Secundo, Nec minus hoc commentum reſpuunt verba ſequentia, hunc enim ſenſum juxta ineptum hoc Gloſſema, poſtulant, *Sermo erat caro fragilis, & infirma, & hujus carnis infirmæ gloriam vidimus, tanquam unigeniti à Patre, plenam gratia, & virtute;* De ſermone hoc, ſeu carne infirma teſtatur *Johannes* ad hunc modum, *Hic erat qui poſt me veniens, ante me factus eſt quia prior me erat, & de plenitudine hujus infirmæ carnis nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Verſ. 14, 15, 16.

Tertio, Carnem hic non reſpicere ſolas qualitates naturæ humanæ, ſed ipſam ſubſtantiam, & hominem Chriſtum ex eo liquet, quod qui hîc caro factus eſt, in eodem verſu appellatur *Unigenitus* à Patre, eſt *Jeſus Chriſtus, Moyſi oppoſitus, Unigenitus filius* qui eſt *in ſinu Patris;* & præter quem *nemo Deum vidit,* quod ultimum carni fragili, & mortali, juxta Scripturæ Analogiam, non competit. Verſ. 17. Exo. 33. 20. Joh. 6. 46.

Quarto, Nec convenit hæc expoſitio cum voce carnis alias Chriſto applicatæ, puta cum dicitur, Chriſtum ortum traxiſſe *ex ſemine Davidis,* τὸ κατὰ σάρκα, *ex Patriarchis originem duxiſſe,* τὸ κατὰ σάρκα, *quod ad carnem attinet, carnis & ſanguinis participem fuiſſe;* hæc enim manifeſto reſpiciunt humanam Chriſti naturam abſolute ſumptam, non fragilem ejus, & infirmum ſtatum. Atque in hoc ſenſu conveniunt *Patres Antiqui* de hoc *Socini* interpretamento, ne per ſomnium quidem cogitantes. *Verbum caro factum eſt,* inquit *Irenæus, ut quemadmodum in cœlis principatum habuit Verbum Dei, ſic & in terris haberet principatum.* Et expreſſius: *Verbum Dei habitavit in homine, & filius hominis factus eſt, ut aſſueſceret hominem percipere Deum, & aſſueſceret Deum habitare in homine. Plana eſt igitur hujus expoſitionis falſitas. Nam cum Johannes unum Dominum* Heb. 2. 30. Rom 9. 5. Heb. 21. 4. L. 4. c. 37. L. 3. c. 23.

omnipotentem, & unum unigenitum Jesum Christum, per quem omnia facta sunt, prædicet, hunc veram lucem illuminantem omnem hominem, hunc mundi conditorem, hunc qui ad sua venerat, & caro factus est, Sermonem de eo verbo de quo supra in principio locutus fuerat in summam redigens, exponens deinde subjungit, Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Princeps virtus secundum parentem & Dominum universorum Deum, inquit *Justinus Martyr, & Filius verbum est, quod quomodo per incarnationem homo sit factum, deinceps dicemus. Tertullianus* ad hanc quæstionem, *Quomodo Sermo caro sit factus, utrumne quasi transfiguratus in carne, an indutus carnem,* eum in carnem non esse transfiguratum probat, quoniam *omne quodcunque transfiguratur in aliud, desinet esse, quod fuerat, & incipit esse quod non erat, Deus autem neq; desinet esse, neque aliud potest esse, Sermo autem Deus.* Eum indutum carne contendit: *Quoniam invenimus illum directè, & Deum & hominem expositum usquequaque filium hominis, & Filium Dei, cum Deum & hominem sine dubio secundum utramque substantiam in sua proprietate distantem, quia neq; Sermo aliud quam Deus, neq; caro aliud quam homo.*

Origenes similiter: *Dominus, quidem qui vir est propter Ecclesiam Patrem reliquit quem intuebatur, quum in forma Dei esset, reliquit, & matrem cum supernæ Jerusalem filius esset, & suæ quæ huc ecciderat, uxori adhæsit, & duo in carne una hic effecti sunt; nam propter eam caro & ipse factus est, quando scilicet verbum caro factum est. Verbum hoc erat in principio apud Deum, & Deus erat verbum,* inquit *Novatianus, quis igitur dubitet, cum in extrema parte dicitur Verbum caro factū est, & habitavit in nobis, Christum, cujus est nativitas, & quia caro factus est esse hominem, & quia ver-*

Λέγει τοῦτον υἱὸν Θεοῦ, τοῦτον μονογενῆ, τοῦτον πάντων ποιητὴν, τοῦτον φῶς ἀληθινὸν φωτίζοντα πάντα ἄνθρωπον, τοῦτον κόσμου ποιητὴν, τοῦτον εἰς τὰ ἴδια ἐλθόντα, τοῦτον αὐτὸν σάρκα γενόμενον, καὶ ἐσκηνωκότα ἐν ἡμῖν ἀνακεφαλαιούμενος, καὶ περὶ τοῦ ἐρημένου αὐτῷ ἄνωθεν ἐν ἀρχῇ λέγων ἐπεξηγεῖται, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. L. 1. c. 1. p. 39. vid. l. 5. c. 18.

ὃ δὴ πρόσθεν ἐλέγομεν μὴ τὴν παλαιὰν πάντων καὶ Δεσπότην Θεὸν, καὶ υἱὸς ὁ λόγος ὄζειν, ὃς τίνα τρόπον σαρκοποιηθεὶς ἄνθρωπος γέγονεν, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐρῶμεν. Apol. 2. p. 74.

Adv. Prax. c. 27. p. 516. C D.

Cap. 13.

verbum Dei Deum incunctanter edicere esse præsertim cum animadvertat scripturam Evangelicam utramque istam substantiam in unam Nativitatis fœderasse concordiam. Et rursus: *Primogenitus omnis creaturæ caro fit, & habitat in nobis, hoc est adsumit hunc hominem qui est post omnem creaturam, & sic cum illo, & in illo habitat in nobis, ut neque homo Christo subtrahatur, neque Divinitas negetur; nam si tantummodo ante omnem creaturam est, homo in illo substractus est, si autem tantummodo homo est, Divinitas, quæ ante omnem creaturam est, intercepta est, utrumq; ergo in Christo confœderatum est, & utrumque conjunctum est, & utrumque connexum est.* Cap. 16.

Sed non est cur in hac verborum Apostolicorum perversione exaggeranda diutius immorarer. En verba *Smalcii* genium horum hominum, heu nimium prodentia, justumque doctissimi *Placæi* de iis ἔπαινον, sive censuram: *Credimus*, inquit, *etiamsi non semel, atq; iterum, sed satis crebrò, & apertissimè scriptum extaret Deum esse hominem factum, multo satius esse, quia hæc res sit absurda, & sanæ rationi planè contraria, & in Deum blasphema, modum aliquem dicendi comminisci quo ista de Deo dici possint, quam ista simpliciter ita, ut verba sonant, intelligere.* 'Hoccine est fidem suam ad Scripturarum 'normam exigere, ac non potius apertè profiteri se ex eorum nume- 'ro esse, qui ut loquitur Apostolus *Petrus*, στρεβλοῦσι τὰς γραφὰς, & ad 'suas præjudicatas opiniones intorquent! To. 1. disp. 6. §. 63. 2 Pet. 3. 16.

Tertium, στρεβλόνοῦς *Socinianæ* indicium hæc *D. Johannis* verba exhibent, *Amen Amen dico vobis, antequam Abraham fieret ego sum.* Ubi *Sclichtingius* hæc habet: *Valde est elegans, nec ullo modo spernenda hæc verborum Christi interpretatio, ut dixerit Christus, Amen amen antequam Abraham fieret pater multarum Gentium, ego sum Messias ille à Deo promissus & à vobis expectatus.* Quo certe nihil coactius unquam excogitari potuerit. Quis enim nescit Christum his verbis huic *Judæorum* objectioni respondere *se Abrahamum videre minime potuisse, quod nondum quinquaginta Annos egerat*, cui quidem objectioni perspicue respondet Christus, dicendo se revera *Abrahæ* præextitisse, eiq; se visum fuisse, quippe qui fuerat ipsissimus ille λόγος quem toties sibi apparentem conspexerat, Admisso autem *Socini* commento, *Sophistam* plane agit *Christus*, nihil prorsus ad rem respondens, nec magis probans se *Abrahæ* præextitisse, quam ipsos quos alloquebatur *Judæos*, immo ipsissima verba, quæ tunc protulerat, fuisse ante *Abrahamum*, parum certe Christi honori consulunt, qui Christum asserunt rem tam ridiculam, tam sancta asseveratione & pænè juramento, confirmasse; eum occasione tanta oblata, nihil respondere potuisse pro seipso, quod non æque de iis omnibus Instit. 3. §. 3. John. 8. 58. Vers. 57.

quos allocutus erat, dici potuiſſet, tantamque *Judæis* ſuſpicandi anſam reliquiſſe, ſe ſuorum verborum retibus conſtrictum, haud aliter evadere, quam puro ſophiſmate, potuiſſe; immo egregium *Thraſonem* & *Falſarium* magis quam *Veritatis Doctorem* ſemet oſtendiſſe. Appoſita enim hic ſunt *Novatiani* hæc verba, *Aut mentitur igitur & fallit ſi ante Abraham non fuit, qui ex Abraham fuit, aut non fallit, ſi etiam Deus eſt, dum ante Abraham fuit.* Porro cur lapides tuliſſent *Judæi*, ut eum tanquam blaſphemiæ, ob hæc verba, Reum lapidarent, cum nulla blaſphemiæ ſpecies in hoc Gloſſemate appareat, & riſu potius, quam lapidibus, ob tam ineptum reſponſum, dignus videretur.

De Trinit. c. 23.

Tertio, Tota ſeries orationis clamat oppoſitionem hic ſtatui inter τὸ ἀρχικὸν *Patriarchæ*, & τὸ Χριστικὸν *Chriſti*, non inter *Patriarcham*, qua *Pater Gentium*, & *Chriſtum*, qua *Meſſias*, cumque Sermo de *Abrahæ* perſona tamdiu ultro citroque continuatus fuerit ſenſu proprio, eſt ſane ridiculum fingere *Chriſtum*, ad ſenſum *Myſticum*, & Spiritualem, nec ex uſu Scripturæ, neque ex ulla Sermonis totius circumſtantia colligendum, extemplo tranſiiſſe; quis enim neſcit *Abrahamum* in Scripturis ſemper *Patriarcham* ipſum, nuſquam alias rem nomine iſto ſignificatam indicare?

Quæro denique num voluerit intelligi *Chriſtus*, nec ne? Si non, cur tanta aſſeveratione utitur? cur hac præfatione *Dico vobis?* Sin ita, tunc proculdubio ſeipſum hic *Chriſtum* ſive *Meſſiam* minime pronuntiavit, hoc enim iis innoteſcere non voluit ante ipſius Reſurrectionem, nec paſſus eſt Diſcipulos ſuos ante prædictum tempus id cuiquam vel uno verbo inſinuare. Naturam autem ſuperiorem illam cujus Gratia in cœlis erat, & *in ſinu Patris ſui* etiam cum inter illos verſaretur, ob quam & vitam habuit, & ipſum Patrem in ſeipſo, crebris in hoc Evangelio, ſermonibus inculcat, ejuſque continuo, in his adverſus *Judæos* conteſtationibus, mentionem facit. Non eſt igitur dubitandi locus quin eam his in verbis reſpiciat, quod cum a *Judæis* ſatis intellectum fuerit, eum hic ut aliàs ſimili de cauſa, urpote Blaſphemiæ reum, lapidibus obruere conantur, hic ergo cum *Eraſmo Johanne* exclamare liceat, *Fateor me per omnem vitam meam non magis contortam Scripturæ interpretationem audiviſſe, ideoque eam penitus improbo:* Eſt porro commentum hoc, quod in interpretationibus *Socinianis* ferè perpetuum eſt, ab omni *Antiquitate* alienum. *Neque enim Abrahæ amicitiam*, inquit *Irenæus*, *propter indigentiam aſſumpſit Dei verbum, exiſtens ab initio perfectus, antequam enim Abraham eſſet ego ſum*, inquit, *ſed ut ipſi Abraham donaret æternam vitam. Cum ſubjungit,*

John. 1. 18. 3. 13. Joh. 5. 26. 14. 10.

Vid. Socin. Tom. 2. p. 505.

jungit, inquit *Tertullianus*, *Abraham diem meum videt, & lætatus est, nempe demonstrat Filium Abrahæ visum, non Patrem. Unum igitur Deum, sicut rationem reddidimus, Patrem & Filium colimus*, inquit *Origenes*, *constanterque stamus contra alios, & non recens exortum, quasi prius non fuerit, nimiis honoribus extollimus, credimus enim ejus verbis dicentis antequam Abraham natus esset, Ego sum.* Adv. Prax. 22. p. 513.

ἵνα τὸν Θεὸν ὡς ἀποδεδώκαμεν τὸν παλαιὸν καὶ τὸν υἱὸν διαφυλάσσομεν καὶ μὴ ὡς ἔτυχε ἡμῖν ὑπὸ ὀψὲ τῶν ἄλλως πιστῶν λόγῳ καὶ ὑπὸ τὸν ἐναγχὸς γεφανέντα ὡς σεβόμεθα, ὑπ' ὄντα ἀπαρχὴν κτίσεως αὐτῶν, καὶ πρεσβύτερον ἢ ὁπόσα φησὶν Ἀβραὰμ γεγονέναι, ἐγώ εἰμι. Contr. Cel. l. 8. p. 386.

Esaias agnoscit se *oculis suis vidisse Regem Dominum exercituum sedentem super solium suum*; videbat autem juxta *Chaldaicam Paraphrasin*, יקרא דיי i. e. *Gloriam Jehovæ*, יקר שכינה *Gloriam Majestatis Dei*; Et audivit vocem Domini, id est קל מימרא דיי *Vocem verbi Jehovæ*, dicentis *quem mittam ad Prophetandum*, sic autem locutos esse *Targumistas*, verisimile est quia *Deum nemo videre potest, & vivere*; sic enim alibi *Targumistæ* non raro, ubi *viderunt Deum Israelis*, aut *viderunt Deum* in textu originali occurrit, hac *Paraphrasi* rem explicant, *viderunt Gloriam Dei Israelis*, aut *viderunt Gloriam Dei, laudati ideo à suis quod sic reddiderint, quia nemo potest videre Deum.* Atque hanc nobis Regulam tradit *Philo Judæus*, quoties Deum, qui conspici ab hominibus nequit, *Patriarchis* apparuisse legimus, oportere nos τὸν θεὸν εἰκόνα τὸν Ἄγγελον αὐτοῦ λόγον ὡς αὐτὸν νομίζειν, *Imaginem Dei, Sermonem ipsius Nuntium tanquam ipsum intelligere.* Atque hæc omnia confirmat *D. Johannes* dicendo hæc locutum esse *Esaiam quando vidit Gloriam ejus, & locutus est de eo. Targumistæ* enim verba proferendo hoc in loco, & ex Gentis suæ sensu alibi docendo quod *Deum nemo unquam vidit*; satis perspicuè ostendit se de Deo Patre non loqui, sed de Verbo in sinu Patris eum enarrante. Inst. 4. § 4. Esa. 6. 1. Vers. 8. Exod. 24. 10. 9. Leightf. in Joh. 12. 41. De Somn. p. 600. Joh. 12. 41. Joh. 1. 18.

Mirum sane est quas hic nebulas offundant claræ & sua luce coruscanti veritati, *Socini Asseclæ*: *Tantum abest*, aiunt, *ut his Esaiæ verbis Christum jam tunc extitisse probari possit, ut ne Gloriam quidem ejus tunc vati eidem apparuisse necessariò evincatur, commodissimum enim verba ista ad Deum referri facilè confitebitur, is qui animadverterit versiculum* 38, *una cum tribus sequentibus, parenthesi includi debere, vel saltem jure posse.* ------ *Jam vero in ista parenthesi non de Christo, sed de ipso Deo, & potissimum, & proximè sermo fuerat.* Sed, Volk. de vera Relig. l. 5. c. 13. p. 490. & Wolzog. in loc. Soc. Resp. ad 6. cap. Wicli Class. 1. p. 549.

Primo, Constat Pronomina illa *ejus* & *eo* in verbis *Prophetæ* non reperiri,

reperiri, ſed tantum in verbis *Evangeliſtæ*, ad eum igitur referri debent, de quo loquebatur *Evangeliſta*, loquebatur autem de uno Chriſto, de eo nimirum *in quem non credebant v.* 37. & *in quem credere non poterant, quoniam in iis impletum erat id quod de ipſis Eſaias prædixerat, cum vidit Gloriam ejus, & locutus eſt de eo*: ſcilicet, in quem *Judæi* non credebant.

Secundo, Verba *Evangeliſtæ*, viz. *hæc dixit Eſaias cum vidit Gloriam ejus* &c. de Deo, non de Chriſto intellecta, quid faciunt ad rem, aut quem uſum habent? Non modo inutilia eſſe videntur, ſed quod deterius eſt, lectorem vel incautum fallunt, vel attentum implicant Pronominum ambiguitate fallaci.

Socin. Reſ. ad 6. cap. Wicki claſ. 1. p. 550.

Eſ. 52. 13, 14.

Eſ. 53. 10, 11. 12.

Tertio, Ad *utrumque Eſaiæ teſtimonium*, monente *Socino, verba iſta Johannis ſine dubio referri debent; præſertim cum dicat, Hæc dixit, non autem hoc dixit*, negari autem non poteſt, quin *Eſaias* in priore teſtimonio (*quis credidit auditui noſtro* &c.) de Chriſto loqueretur, *in verbis enim antecedentibus*, inquit, *Schlichtingius, agitur de ingenti Meſſiæ Gloria, & poſt eadem illa verba, ac deſcriptas Meſſiæ perpeſſiones, iterum eadem ejus Gloria celebratur: omnia inquam agunt de Chriſti perpeſſionibus, & eas conſecuturis Gloriis*, idem dicendum eſſe de poſteriori teſtimonio nemo, opinor, inficiabitur, præſertim cum in confeſſo ſit verba illa *Evangeliſtæ* ad utrumque teſtimonium referri, hæc cum adeo perſpicua ſint, ut ea vel cæcus videat, *Schlichtingium* coegerunt manus dare, & nobiſcum contendere, Gloriam ejus eſſe *Gloriam Chriſti*, locutum eſſe *Prophetam de eo*, hoc eſt *de Chriſto in ſua perſona*, & hoc addidiſſe *Johannem, ne quis putet Eſaiæ verba ad Chriſtum non pertinere.*

in locum.

in Joh. 12.

Reſpondet igitur non dicere *Johannem quod viderit Eſaias Chriſtum, ſed vidiſſe eum Gloriam Chriſti, quam vidit, & de qua vaticinatus eſt, cum audiret in illa viſione cani à Seraphim, plena eſt omnis terra gloriæ ejus--- nempe cum omnis terra gloria Dei per Chriſtum impleta eſt, converſis ad Deum, & Chriſtum ejus omnibus Gentibus.*

In hac viſione, inquit *Wolzogenius*, *in qua Eſaias vidit Gloriam Dei, vidit quoque Gloriam Chriſti, quæ aliquando orbem terrarum perfectiſſima ratione impletura erat, tunc enim impleta eſt terra Gloria ejus, cum Deus admiranda per eum opera edidit, cum eum à mortuis excitavit, à Dextris ſuis locavit, omnia pedibus ejus ſubjecit, hanc tam immenſam Dei Gloriam cum viderit Eſaias in ſpiritu, recte inquit Johannes, eum Chriſti Gloriam vidiſſe, eumque de Chriſto locutum eſſe, Gloria enim Chriſti cum Gloria Dei ita conjuncta, ac connexa eſt, ſicut cauſa media cum finali, ſiquidem Gloria Chriſti unice ad Dei gloriam directa eſt, eoq; tendit ut Deus laudetur, celebretur, ac Glorificetur.*

Hoc

Hoc autem effugium subsistere non posse, ex multis visionis *Propheticæ* circumstantiis abunde liquet. Loquitur enim *Propheta* de *Gloria* ejus qui tunc insidebat *solio celso, & elato,* & cujus *fimbriæ* v. 1, 2, 3. *complebant Templum ipsum,* & cui *Seraphini* suum tunc acclamabant קדוש, loquebatur igitur de Gloria quam tunc præsentem oculis suis conspexit, non de futuro Dei, Christive ipsius Gloria immo ex textu *Hebræo* patet, *prophetam* hanc Gloriam videndo, ipsum eundem dominum cujus hæc erat Gloria vidisse, quid ergo ad rem, quod *Gloria Dei cum Gloria Christi conjuncta sit,* nisi in hac visione etiam conjunctæ fuerint; per quam præsentem vidit *Propheta* ejus Gloriam, tunc cum de eo locutus est, secundo quanta absurditate dicitur *Prophetam* vidisse Christi Gloriam, cum *audiret plenam omnem terram Gloria Dei futuram esse*, quid enim aliud hoc est quam visum cum auditu confundere, & *Prophetam* inducere, inepte clamantem, *Væ mihi quod occulis meis conspexi Dominum* v. 5. *exercituum* ob ea quæ tantum audiverat de *persona* nondum existente prædicta. Denique is cujus *Propheta* Gloriam vidit sive præsentem, sive futuram, erat *Jehovah*, is de quo *Seraphini* clamabant, v. 3. 5. *Sanctus, Sanctus, Sanctus est Jehovah exercituum,* & quem *Regem, & Dominum exercituum* appellat *Propheta*, hæc dixit idem *Propheta* cum *Christi Gloriam vidit, & de Christo locutus est*, judicent ergo omnes præjudiciis vacui, nam Christum *Dominum Regem*, & *Dominum exercituum Propheta*, Christo ipso interprete, non vocaverit, restat igitur ut cum *Patribus* agnoscamus hac Christi visione declaratum esse τὸ χτ χριστὸν μυστηριον *de Christo mysterium*. Pseudo Just. Resp. ad J. 44.

Quintum Exemplum perversorum *Socinianæ* Scholæ Glossematum dabunt eorum commentarii in hæc verba, *& nunc Pater clarifica me tu apud teipsum, claritate quam habui prius apud Te quam mundus esset:* i. e. juxta *Schlichtingii*, & aliorum *Glossam, habuit eam apud Patrem, id est ex Patris destinatione, petit ut jam habeat apud se*, i. e. *reipsa, & de facto habeat.* Sed Inst. 5. Sect. 5. Joh. 17. 5. pluc.

Primo, Abhorret à ratione dici aliquem absolute aliquid habuisse eo tempore, cum nondum esset, habere enim ipsum habentem tanquam subjectum præsupponit, abhorret etiam à consuetudine S. *Scripturæ*, ut dicatur aliquis habere aliquid absolute eo tempore, quo nondum est ullo modo, contrarium ne uno quidem exemplo appositio adhuc ostendere potuerunt *Sociniani.*

Secundo, Nemo dicitur habere aliquid eo tempore, quo nondum id habet, quamvis prædestinatus sit ut illud habeat, cui enim aliquid prædestinatione divina tantum decretum est, id ipsum certo est habiturus quidem, jam illud habuisse ipsum dici nequit; est equidem

quidem decretum de dando aliquid alicui, certum indicium, quod id nondum habeat, deſtinatio ut habeat poſt certum temporis curriculum, poſſeſſioni, ante id tempus elapſum, eſt prorſus oppoſita; doceant igitur *Adverſarii*, aliquo exemplo habendi verbo abſolute poſito, ſolam deſtinationem oppoſitam poſſeſſioni nonnunquam ſignificari, aut rationem edant, cur Chriſtus hic κατηχήσεως tam mira uteretur, cum magno Diſcipulorum ſuorum, immo totius Eccleſiæ periculo, cum potuerit, omnem errandi ſpeciem removere, dicendo cum illis, *quam tuo decreto habui* &c.

Tertio, Petit *Chriſtns Glorificari apud Patrem ea Gloria quam habuit* παρὰ σοὶ *apud eundem patrem antequam mundus eſſet*, habere autem παρὰ σοὶ, ex uſu perpetuo Scripturæ eſt in ejuſdem preſentia habere, οἱ ἄνθρωποι οὗτοι παρὰ σοὶ *ſunt viri cum Baalamo præſentes, ſint Pater, & mater meus* παρὰ σοὶ *i. e.* ſub ditione, & tutela Regis *Moab*.

Num. 22. 9
1 Sam. 22. 3

Quarto, Loquitur de Gloria, quam *Pater* ei dederat, *quoniam ipſum amaverat ante jacta mundi fundamenta*, amare autem non exiſtentem haud potuit.

v. 22.

Denique *Patres Ante Nicæni* hinc actualem *Chriſti* præ mundo exiſtentiam, ejuſque divinitatem probant, *non enim ſolum ante Adam*, inquit *Irenæus*, *ſed & ante omnem conditionem Glorificabat verbum Patrem ſuum, manens in eo, & ipſe à Patre Glorificabatur, Quemadmodum ipſe ait, pater Clarifica me claritate quam habui apud te priuſquam mundus fieret.* Quis, inquit, *Novatianus, non ſecundam filii poſt Patrem agnoſcat eſſe perſonam, cum legat* -- Pater *clarifica me eo honore quo fui apud te antequam mundus fieret.* & rurſus *ſi homo tantummodo Chriſtus quomodo dicit, & nunc clarifica me Gloria quam habebam apud te priuſquam mundus eſſet, ſi antequam mundus eſset Gloriam habuit apud Deum, & claritatem tenuit apud Patrem, ante mundum fuit, nec enim habuiſſet Gloriam, niſi ipſe prius fuiſſet, qui Gloriam poſſet tenere, nemo enim habere aliquid poterit niſi ante ipſe fuerit, qui aliquid tenet, ſed enim Chriſtus habet Gloriam ante mundi inſtitutionem, ergo ante inſtitutionem mundi fuit*, immo contra Gloſſam *Socinianam* quam ab Antiquis *Hæreticis* mutuati ſunt, ſic inſurgit, *nec prædeſtinatio iſta dicatur, quoniam nec poſita eſt, aut addant hoc qui putant, ſed væ eſt adjicientibus, quomodo & detrahentibus poſitum, non poteſt ergo dici, quod non poteſt adjici ſublata ergo prædeſtinatione quæ non eſt poſita, in ſubſtantia fuit Chriſtus ante mundi inſtitutionem &c.* Gloria *quam ſibi petit Chriſtus reſtituendam* μὴ τὸ γενέσθαι αὐτὸν σάρκα *poſtquam caro factum eſſet verbum*, hæc erat juxta *Origenem* nempe munere ſuo in terris completo

l. 4. c. 28.

de Trin. cap. 28.

cap. 24. p. 722.

Com. in Math. Ed. Huet To. 1. p. 392. D. E vid. etiam Gypr. teſt. adv. Jud. l. 2. c. 1.

pleto ἵνα γένηται ἑαυτῷ τὸν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν Θεὸν καὶ λόγον ὄντα ἐν τῇ ἰδίᾳ δόξῃ, *ut tale efficeretur, quale erat in principio apud Deum, quum Deus erat, ac Verbum in propria Gloria.*

Denique vetba Apoſtoli *Deus in carne manifeſtatus eſt*; & ſic interpretantur *Sociniani*. *Myſterium pietatis manifeſtatum eſt per carnem, juſtificatum eſt in Spiritu*, i. e. *verum declaratum eſt per Spiritum, viſum eſt Angelis*, i. e. *notum erat Angelis per revelationem ejus factam Eccleſiæ*, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ i. e. *cum maxima Dei, & Chriſti Gloria receptum eſt.* Inſtit. 6. §. 6. 1 Tim. 3. 16.

Sed contra hanc Interpretationem id unum monere ſufficit, horum aliqua nuſquam alias de *Evangelio*, i. e. Myſterio pietatis dici, ſive eidem accommodari, alia eidem neutiquam adaptari poſſe.

Nam primo, Ubinam alias dictum invenimus, *Evangelium in carne manifeſtari*, aut *Spiritu juſtificari*, aut *Angelis viſum eſſe*; denique aſſumptum eſſe in gloriam, *Evangelium* quo congruo ſenſu dici poteſt?

Secundo, quodnam in eo magnum *Myſterium*, quod *Evangelium* per homines carne præditos prædicaretur, ſive quod *Angelis* viſum, aut miraculis ſtabilitum, aut poſt tot & tanta miracula creditum ei eſſet in mundo, aut quod demum ab iis receptum eſſet?

Tertio, Quod Deo Patri hæc omnia, ab eorum quibuſdam applicantur, majorem admirationem excitat. Hoccine eſt *Myſterium Evangelii*, quod *Deus Pater* per homines *Evangelium* annuntiavit? Nonne per eoſdem, omnes de eo *Prophetias*, totamque *Moſaicam* Legem evulgavit? Aut quod is, ſub *Evangelio* viſus eſt ab iis *Angelis*, qui ſtabant coram facie ejus continuo? is ne tunc primum incepit per miracula ſemet oſtendere? Eratne is denique tunc in Gloriam aſſumptus, qui throno Gloriæ inſedit ab æterno, aut glorioſè admodum tunc demum exaltatus eſt? cujus Glorià terra continuò impleta eſt? hæc ſane commenta homines ad miras anguſtias redactos indicant.

Eadem autem omnia, quæ hujus *Myſterii* complexu recitantur, Chriſto accommodata, cum perpetua *Scripturæ* analogia, & rei veritate mirificè conſentiunt. Nam

Primo, Is in carne adeo manifeſtatus erat, ut *Caro factus* fuiſſet, & in ea nobiſcum habitans, manifeſtaſſet Gloriam ſuam. In ea ἐφανερώθη *Filius Dei apparuit, ut peccata noſtra tolleret, & diſſolveret opera Diaboli*, immo is qui, *in forma Dei exiſtens rapinam non duxit eſſe ſe æqualem Deo*, ἐν ὁμοιώματι σάρκος, *in ſimilitudine carnis apparuit*, is qui erat *Deus ſuper omnia benedictus, factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem.* Joh. 1. 14. 21. 11. 1 Joh. 3. 5, 8. Phil. 2. 6, 7. Rom. 9. 5.

Secundo, *Christus justificatus est Spiritu*, dum in terris agens tot
Matth. 12. miracula præstitit *Spiritu Dei*, dum *declaratur Filius Dei in*
Rom. 1. 3. *virtute secundum Spiritum sanctificationis*, dum *in altum ascen-*
Act. 2. *dens dimisit plenam Spiritus sancti effusionem*, in testimonium exal-
tationis suæ ad Gloriam; denique dum *Spiritus sanctus arguit mun-*
Joh. 16. 10. *dum περὶ δικαιοσύνης de Justitia Christi*, utpote qui in cœlum jam re-
dierit, & Regnum & Gloriam à Patre acceperit.

Tertio, Is *ab Angelis visus est*, ii enim eum ingredientem in mun-
Hebr. 1. 6. dum adorarunt, ii ejus *Natalitia* annunciarunt, & cantu festivo
Luc. 2. 9, celebrarunt, ii Christo in deserto fideliter ministrarunt, eum in
13. Agone consolati sunt, primi fuerunt testes & præcones Resurre-
Matth. 4. 11. ctionis suæ, eumque ascendentem in cœlos concomitati sunt.

Luc. 43. 24. 4. Quarto, Quod *Gentibus Christus* annuntiatus sit, & quod in eum
mundus crediderit, tota *Evangelica* historia testatur.

Act. 1. 10. Quod denique *in Gloriam assumptus sit*, ἀνεφέρετο, ἐπήρθη, ἀνελήφθη
Mar. 16. 19. εἰς οὐρανὸν, sive in cœlum sursum latus fuerit, iidem *Evangelistæ* re-
Luc. 24. 51 Act. 1. 2. 9. 11. ferunt, quæ quidem eximia *Scripturæ sanctæ* harmonia, perspicuum
reddit, *Apostolum* hic de Mysterio Christi in carne apparentis, verba
facere.

Sect. VII. Instituti nostri ratio postulare videri posset, ut jam
examini subjiceremus, ea quæ in chartis nuper editis id nobis vitio
vertunt, quod vim Scripturis faciamus, easque ad sensum alienum
Christoque indignum detorqueamus, parcius equidem hoc ab iis fa-
ctum est, & in duabus præcipue instantiis, ex Matth. 24. 36. & Joh.
16. 35, 36. desumptis, quibus responsum dare ex *Antiquorum Pa-*
Dr. Sher- lock. *trum* principiis mihi non difficile videtur. Sed quoniam hæc eorum
scripta, adversus virum suo merito clarissimum, ingenio nemini
secundum ex professo edita fuerint, nolo falcem meam in messem
alienam immittere, aut Soli candelam accendere. Liceat tamen
cum bona eximii viri venia, in priori instantia, quæ *Patres Post-*
Nicænos, & recentiores *Interpretes* haud parum vexavit pauliſper
In locum. immorari. Chartarum harum objectionem *Wolzogenius* his verbis
proponit.

'Si Christus de Die isto sciviſſet, nec voluiſſet eum Discipulis
'suis revelare, cur non expresse respondet illis, *Non vestrum est id*
'*scire*, quemadmodum fecit *Act.* 1. 7. vel *Mihi non est fas id vo-*
'*bis revelare*, cur potius id dixiſſet iis, quod verum non fuiſſet, sci-
'licet quod ipse nesciret diem illum, sed solus Pater, cum tamen
'eum revera (secundum quamcunque naturam perinde est) sciret
'Christus, cum suis Discipulis simplicibus, & fraudis dolique ex-
'pertibus, non satis candide egisset, quod tamen alioqui semper
'fecit.

'fecit. Profecto talis Reſponſio nullum bonum virum deceret; 'quanto minus decuiſſet Filium Dei, qui fuit Speculum omnis can- 'doris, atque rectitudinis, nam qui alios circumvenire volunt, ita 'reſpondere aſſolent, ut eorum verba aliter intelligantur, quam ipſi 'ea in corde ſuo intelligunt. Porro *Vox ſolus*, inquit, *habet vim* 'excludendi omnes alias perſonas quæ non ſunt Pater; adeoque ipſum 'Filium, quomodo ergo fieri poteſt ut ſit ſummus Deus, Deo enim 'ſummo nihil poteſt eſſe ignotum.

Reſp. 1mo. Præcipuam hujus Argumenti vim in eo conſiſtere, quod *ea eſt vocis ſolius vis, ut omnes excludat à communione prædicati præter eum cui apponitur.* Hanc autem regulam ipſi *Sociniani*, quoties eorum cauſa id poſtulat, falſam pronuntiant. Cum enim *ſolum Deum adorandum, eique ſoli ſerviendum eſſe*, ex Chriſti verbis colligimus. Reſpondet *Volkelius*, *Ut Sacræ literæ ſolum Deum immortalem, aut ſapientem nominando, Chriſtum, alioſque immortalitate, atque ſapientia minime ſpoliant, ſed tantum Deum ſolum à ſemetipſo talem eſſe ſignificant, ſic de ſolo quoque Deo, utpote primario omnium rerum Authore judicandum eſt. Particulis iſtis excluſivis*, inquit *Schlichtingius*, *qualis eſt ſolus, & ſimiles, cum de Deo uſurpantur, nunquam ii ſimpliciter excluduntur qui à Deo, ea in re de qua agitur, dependent. Quicquid de ſolo Deo Patre invocando ſcriptum ſit*, monente *Socino*, *id petitionem cum fiducia à quovis, qui aliquid dandi poteſtatem habeat, nunquam excluſit, niſi nominatim cautum fuerit ab eo petendum non eſſe.* Et rurſus, *Præceptum illud, ſi extaret, de ſolo Deo Patre invocando, etiamſi nulla præterea prohibitio addita foret, ipſi ſoli Deo ita reſervaret, ut ne Chriſto quidem tribui ullo modo poſſet, non petitio cum fiducia, aut etiam cum cultu (eſſet) ſed petitio tanquam ab eo qui prima origo, & fons omnium bonorum ſit, aut ab alio, quam ab ipſo Deo Patre, pendeat:* Et iterum, *Poteſtas porro dandi quam Chriſtus habet, nihil minuit de Patris omnipotentia, nec tollit, quin Pater ſolus det, cum ea poteſtas univerſa ab ipſo Patre profecta ſit, & ab ejus nutu perpetuo pendeat.* Iiſdem diſtinctionibus eludunt illud *Solomonis*, *Tu ſolus noſti corda omnium hominum*, nempe *tu ſolus à temetipſo, Chriſtus* ſcientia à Patre derivata.

Crell. de uno Deo Patre l. 1. c. 55. I.

Apud Plac. To. 2. diſp. 20. p. 181.

Vid. Plac. To. 2. diſp. 20. p. 181. Reſp. ad Def. Franc. Davidis T. 2. p. 154.

Ibid. p. 742 vid. p. 741.

Hæc autem Reſponſa nobis ſuggerunt, non huic objectioni tantum, ſed aliis merito applicanda, cum enim objiciant *Sociniani* Chriſtum excludi à vera Deitate per hæc verba, [*hæc eſt autem vita æterna ut cognoſcant te ſolum Deum verum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*] cur non ſimiliter reſpondeamus particulam *ſolum* hic non excludere quamlibet aliam perſonam, ſed aliam talis ordinis, & ſtatus; non eum qui cum Deo Patre eſſentia unus ſit, ſed falſos

Joh. 17. 3.

ſos Gentium Deos, ſive particulam iſtam valere quidem ad excludendum eas perſonas, quæ ſunt extra Patrem, & extra quas eſt Pa-
Joh.14.10. ter, non vero eum qui *in Patre eſt*, & *in quo Pater manet*, ad excludendum eos qui *ſunt Dæmonia*, & *non Dii*, non vero ad exclu-
1Joh.5.20. dendum eum qui eſt ὁ ἀληθινὸς Θεὸς *verus Deus*, & *vita æterna*. No-
Ep. ad Ant. §. 4. tante enim *Pſeud-Ignatio*, *Evangeliſtæ*, *dicentes unum Patrem ſolum verum Deum* καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παρέλιπον ἀλλ' ἔγραψαν, *etiam quæ Domini noſtri ſunt non prætermiſerant, ſed ſcripſerant, in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt*; adeo ut genuinus verborum Chriſti ſenſus ad hunc modum ſe habeat; hæc eſt vera æternæ vitæ acquirendæ ratio, ut *Gentes*, vanis & commentitiis ſuis Diis relictis, *Te ſolum Deum verum agnoſcant*, utque *Gentes*, cum incredulis *Judæis*, præjudicia ſua deponentes, *eum quem tu miſiſti* pro vero *Meſſia* agnoſcant.

Tom. 2. p. 742. Cur non dicamus cum *Socino*, Scientia *quam Chriſtus habuit de die iſto, nihil minuit de Patris* Scientia, *nec tollit, quin Pater ſolus* ſciat, cum Chriſti ſcientia *univerſa ab ipſo Patre profecta ſit*, quod enim *Socinus* de Chriſti potentia dixit, cur nos de ejuſdem Scientia non diceremus? præſertim cum *Patres*, Scripturis præeuntibus,
1Cor.1.24. Chriſtum uno ore Θεοῦ σοφίαν *Dei ſapientiam*, Scientiam, & *rationem* pronuntiant, &, cum natura divina, illam Chriſtum accepiſſe Scientiam ſæpius agnoſcant, ſed ne ad hominem tantum reſpondere videamur.

Tertio, Cum *Irenæo*, *Tertulliano*, aliiſque Patribus *Ante-Nicænis* ingenue fatemur Chriſtum tunc temporis diem illum ignoDe Reſur. carn. c. 22 raſſe. *Vota noſtra ſuſpirant*, inquit *Tertullianus*, *in ſæculi hujus occaſum in tranſitum mundi quoque ad Diem Domini magnum, Diem iræ, & retributionis Diem ultimum, & occultum nec ulli*
Adv. Prax. c. 26. p. 516. *præter Patri notum*. Et rurſus, *Ignorans & ipſe Diem, & horam ultimam ſoli Patri notam*. *Irenæus Gnoſticorum* impudentem
L. 2. c. 48. temeritatem in ſcrutanda Verbi Dei generatione, his verbis reprimit, *Irrationabiliter autem* inflati, *audaciter inenarrabilia Dei Myſteria ſcire vos dicitis, quandoquidem & Dominus ipſe Filius Dei, ipſum judicii diem, & horam conceſſit, ſcire ſolum Patrem, manifeſtè dicens, de die autem illa & hora nemo ſcit, neque Filius, niſi Pater ſolus. Si igitur ſcientiam diei illius Filius non erubuit referre ad Patrem, ſed dixit quod verum eſt, neque nos erubeſcimus quæ ſunt*
C. 49. *in quæſtionibus majora, ſecundum nos, reſervare Deo*. Et rurſus, *Si quis exquirat cauſam propter quam in omnibus Pater communicans*

nicans Filio, ſolus ſcire horam, & diem à Domino manifeſtatus eſt, neque aptabilem magis, neque decentiorem, nec ſine periculo alteram, quam hanc inveniet in præſenti, quoniam cum ſolus verax Magiſter eſt Dominus, ut diſcamus, per ipſum ſuper omnia eſſe Patrem, etenim Pater, ait, major me eſt, & ſecundum agnitionem itaque præpoſitus eſſe Pater annuntiatus eſt à Domino noſtro.

Cum autem hinc inferunt Chriſtum *Deum minime fuiſſe, utpote cui nihil ignotum eſſe potuit*, reſpondeo id minime, juxta *Irenæi* ſententiam ſequi utpote qui factum id dicit non propter abſentem à Chriſto λόγον, ſive ejuſdem ignorantiam, non ob Patrem in eo non inexiſtentem, ſed διὰ τὴν ἡσυχάζοντα τὸν λόγον, *quoniam hac in re quieſcebat verbum*, & quoniam *Chriſto* Patris *Legato*, *arcanorum* ejus interpreti, Conſiliorum ſuorum adminiſtro, in terris agenti; & τῷ καθ' ἄνθρωπον οἰκονομίαν ἀκπληρώσαντι, *adminiſtrationem juxta humanam naturam peragendam implenti*, Diei hujus notitiam ad *Propheticum* ejus munus in terris obeundum, ſcitu minime neceſſariam, *Pater minimè communicaverat*. Eademque, inquit, de cauſa ἡσυχάζοντι μὲ λόγῳ πειράζεσθαι, σταυροῦσθαι, καὶ ἀποθνήσκειν ἐκέμισε, nempe *Verbo quieſcente, tentari, cruci affigi, & mori ſuſtinuit*, his ſimilia continent hæc *Grotii* verba. *Videtur mihi, ni meliora docear, hic locus nom impiè poſſe exponi hunc in modum, ut dicamus divinam Sapientiam menti humanæ Chriſti effectus ſuos impreſſiſſe pro temporum ratione.*

L. 3. c. 19. p. 281.

Cap. 21. p. 287.

In locum.

Ut ergo minimè ſequeretur eum, qui in *Prophetis*, & per *Urim* loqui ſolebat omnia non poſſe, quia *Sauli* reſponſum dare non voluit, ſed tantum eundem, quæ certo novit, neque ordinariè, neque extra ordinem *Sauli* indicare voluiſſe; ita neque ex verbi in hac re quieſcentis ſilentio concludere fas eſt, diem & horam divinæ naturæ in Chriſto habitanti ignotum fuiſſe, ſed tantum ei conſultum viſum eſſe, notitiam hac de re ſuam, Chriſto homini legatum hic agenti minime revelare.

1 Sam. 28. 6.

Denique cum *Chriſtus* in terris agens, profeſſus fuerit, *ſe ea tantum facere potuiſſe, quæ pater ipſi monſtraverat*; *quod à ſeipſo non loqueretur*, quod *ipſe à ſeipſo locutus non fuerit*; ſed qui miſit *ipſum pater*, *ipſe illi mandatum dedit, quid diceret, & quid loqueretur*. Hæc inquam cum ita ſe habeant, mirandum eſſe non debet, hunc Dei *Legatum* id ſibi minimè tribuiſſe, quod à verbo *patris* in ſe manentis, dicente *Irenæo*, *Communicatum* non eſſet. Conjecturam hanc noſtram, in re valde difficili, ea qua par eſt modeſtia, propono, eique renuntiare paratus ſum, meliora edoctus cum fuerim.

Joh. 12. 50. Id. 7. 18. Id. 14. 10. Id. 12. 49.

F I N I S.

Books Printed for JOHN HOWELL, *Bookſeller in* OXON.

THE Common Prayer Book, the Beſt Companion in the Houſe and Cloſet, as well as in the Temple. *Or*, A Collection of Prayers out of the Liturgy of the Church of *England*, moſt needful both for the whole Family together, and for every ſingle Perſon apart by himſelf: with a particular Office for the Sacrament, the 4th Edition.

Prayers in the Cloſet for the uſe of all Devout Chriſtians, to be ſaid both Morning and Night; collected out of *The Beſt Companion*, by the Author of the ſame.

The Word of God the beſt Guide, to all Perſons at all times, and in all places; *Or*, A Collection of Scripture Texts, plainly ſhewing ſuch things as are neceſſary for every Chriſtians Knowledge and Practice, by the Author of *The Beſt Companion*.

Of Education, eſpecially of Young Gentlemen; in Two parts, the Fifth Impreſſion.

Globe Notes by *R. Holland*.

Tozer's Directions to a Godly Life.

Grammatica Rationis, ſive Inſtitutiones Logicæ, Authore Johanne Fell *Epiſc.* Oxon.

Pliny's Panegyrick in *Engliſh*.

Account of Mineral Waters, with Directions for Drinking *Ilminton* Waters, by *Sam. Derham*.

Biſhop *Ridley*'s Diſputation at *Oxford*, with a Treatiſe of the Bleſſed Sacrament, by the ſame Author.

Epiſtle of *Lyſimachus Nichanor* to the Covenanters in *Scotland*.

Danger of the Church of *England*, from a General Aſſembly of Covenanters in *Scotland*.

A Sermon about Oaths by *H. Hellier*, Fellow of *C. C. C.* in *Oxon*. the Second Edition.

Eccleſiæ Anglicanæ Politeia in Tabulas digeſta, Authore Richardo Coſin, *Legum Doctore, olim Dec. Cur. de Arcubus, & Cancellario, ſeu Vic. Generali Reverend. Patris* Johannis *Archiepiſc.* Cantuarienſis.

Tabellæ Dialectorum in Græcis Declinationibus, cum Carmine Memoriali in uſum Scholæ privatæ, Authore Joh. Meddens *A. M. è Coll.* Exon. Oxon.

Tractatus de vera Chriſti Deitate, adverſus Arii & Socini Hæreſes, Authore Daniele Whitby, SS.T.D. *Eccleſ. Cath.* Sarum *Præcentore*.

Books Printed for John Howell, Bookseller